



sec. B. M. erit Tua Dñe ex eis Missa votiva. In omniis
festis tamen de f. s. quia de temp. vsq; ad fer. s. in cena Dom.
Gradual. & Vesp. dicitur loco Allel. Tractus cum psalms.
Excepta Missa Dom quando repetitur infra hebdomad. &
Festis. s. & Sab. Quadras ubi non dicitur tractus fer.
Gr. duale cum Vers. q. in Vesp. com. S. Ignatij Epist. 1. m.

FEBRUVARIVS. habet dies 28.

1 f. 2. Ieron. E. & mar. 10. col. rub. Vesp. Purif. B. M. die sine co-
pias cod. col. alb. q. Ad 1. Vers. Ave maris stella semper genuisse
in annib. festis B. M. & in fine hymnor. dicitur Gloria tibi I
qui natus es, et ad omnes horas excepto hymn. Alleluia s.
sec. vobis in officio pali. B. M. & eius officio in Sab.
2 f. 3. + Purif. B. M. dup. a cl. 1. Vesp. cap. brev. Qui natus es
Maria Virgine, quod sequatur tempore in offic. (etiam in 3
B. M.) est in fraude eiusdem habet aliquo faste, vel de 1
in Miss. Cred. & Praef. Nat. Dom. In Vesp. com. S. Bls. Ep. & u
mis Complet. Aña Ave Regina, &c. Vt vero est. Purif. cel-
tu cum acta Aña Anna Redemptoris, & dicitur Ave regis ad
ocula, & in fine Complet. dies octa dicitur Aña Ave Regis

Hodie lenedicuntur candele. Ad caru beredit. v.
cei col. viol. Celebrans paratus Amictu. Alba. Cingulo. Sto.
Plauial (vel vi plauiale haberi nequit, cum Stola sine m.
palo) cum Diacono & Subdiacono in suo habitu. ablsq; ve-
lis in Ecl. maiori die est, in Cathed. & Colleg. viuunt
sunt planetis plicatis ante eccles. in v. m. vero in aliis,
conus cum Stola) procedunt ad benedict. Ministri procedunt
re celebranti quia halet plauiale, & non vntus post alium
culato Altari in medio benedict. candelas in cornu Epit.
& frat. s. inter utrumq; instrumentum (quia habet plauiale que
fermatur semper) dicit oration. manib. iunctis (in benedict.
man. d. iug. etiam manus a. Præstation. & cum ministris
Sandus latus) Celebrans dum manu dextra facit signum
eis ponit i. th. in super Altar. q. ut. vno benediscendi
dei seruando est in d. m. & in d. m. & in d. m.

2 Finita benedict. celebrans rei aliud o. late med.
3. rones eidem vertens, & facie versa a. Popul.
4. s. inter Diacon. a. dextris, & Subdiacon. a. ministris
5. n. de Clero Itam. & in suo habitu chorali in
ex candelis benedictis, itam cum delectare
tibi cert. arti, cui episcopi illius. celebrantur

veritas. Resp. 3. In h. miss ex fer. 1. & in D. o. resp.
ex Sab. cum precib. ferital ad omnes hor. In Miss. (qua sollemn.
in Dalm. Jora. 2. Deus qui corda. Eccl. Veli de M. cap. D. o.
Aya ad Magn. vidi Dom ex Sab. ante D. o. 1. Nott. ora ex D. o. 2. 3
Dom. & 3. post P. em. & 4. Nouem. De ea lem. Vesp. Omnia
Ss. da. Læc. vlla com. col. alb. & per octa.

NOVEMBER. habet dies 30.

1 f. 1. Fest. Om. Ss. dup. 1. clac. cuor. octa. & 1. Vesp. In Miss. Cred.
& per octa. etiam in festis occur. (Vesp. Deffunct. dup. cum pre-
cip. flexis genib. sine Psalmo, neq; in laud. col. uiger.)
2 f. 1. Die octa sem. cum 2. Vesp. post laud. dicitur offic. Deff. cuor.
trib. noct. dup. Miss. sollemn. Deff. com. seq. uentia. (In Cathed.
& Colleg. cantantur 2. Miss. Uc. etia post 3. qm. 2. Deus qui cur-
as, 1. B. cl. & de Deffunct. post 2.)
3 f. 4. Die octa. sem. in Miss. ora. 2. Deus qui corda, 3. Eccl. vel pro P. ap.
Vesp. diuid. com. Ss. Vital & c. mat. Vers. Exaltatio iusti (in Mar-
tyrol. pronunc. 1. loco sequens fest.)
4 f. 5. Carol. Ep. & Conf. sem. (ad libit. J. 1. Ss. Vital & c. com. oct.
& Ss. in in laud. & in Miss. (Pro Ss. Vers. Læramini) Vesp. diuid.
f. 6. De octa. sem.
5 f. 8. Sub De octa. sem. In Vesp. cap. Dom Aña ad Magn. Muro tuo, ex
Sab. ante Dom. 3. Nou. ora ex Dom. 5. post Epiph. com. oct. col.
idem alb. Hoc anno omittitur D. o. 2. Nou. ei sua hebdomada
7 D. o. & 24 post Pent. 3. Nou. & 5. post Epiph. De ea sem. (inc.
recit. & suffrag.) Ilex prima lect ex Dom. 3. Nou. in 3. noct. ho-
Añt ad Bñs (etiam ad Magn.) & ora ex Dom. 5. post Epiph. ex
octa. in laud. & Miss. quae sine 3. ora (Miss. sumitur ex D. o. 5. post
Epiph. ex 1. que adiung. post vesp. post Pet.) Vesp. diei oct. dup.
vt in 1. Vesp. com. Dom. & Ss. Coronat. mat. Vers. Exaltabune.
8 f. 2. Oct. Om. Ss. dup. 1. & 6. Ss. Coronat. mat. in laud. (Ve-
Læramini) & in Miss. In Vesp. cap. seq. com. octa. & S. Théodo-
mat. col. idem alb.

9 f. 3. Basilica Ss. dup. 1. & com. S. Theodor. m. in laud. & Mi-
ss. in qua Cred. 1. in ora secreta (si dicitur de communione. Dedic.
omittitur. nota parenthes. In Vesp. com. Ss. Triphon. & c. mat.
Et dicitur pro Deffunct. Vesp. pro 1. die mensis.
10 f. 4. Ss. Triphon. & c. m. col. rub. Resp. duo ex 1. noct. plus. mar.
(noct. cum laud. Deff.) In Miss. ora. 2. Fidel. 3. Agund. In Carl.
& Colleg. 1. Miss. ora. deff. post 1. & de resto post 6. ora. 2. A.

Quintana de Tamp

TRILOGIVM EVCHARISTICVM, CONTINENS SVCCINTE MORALE, SCOLASTICVM, ET mysticum Eucharistie, ut Sacra- mentum est.

Valde vtile morale studenti, scolasticum
proficieni, & spirituali attiendenti.

AD REVERENDISSIMVM
pariter, & sapientissimum Patrem Fr.
Petrum Manero, totius Familiae
Cismontanæ, Vicecommis-
sarium Generalem.

AVTHORE P. F. DIDACO IZQVIER-
do, Ordinis Minorum Regularis Obseruan-
tie Le Etore Iubilato, & Alme Pro-
vincie Burgensis Diffinitore.

CVM LICENTIA:

Pompeclone, ex Officina Martini à La-
bayen, & Didaci à Zabala Typographi.
Regui Nauarræ, anno 1650.

- g 26 f. 3. In B M in Sab. Ad Complet in fine hydri. Gloria tibi D
eus qui natus es Christo.
Sab De B M in Sab col. alb In Missa. 2. Deus qui cordum
cles & Praef B. M. Vesp. de Plat. cap. Dom. Anna ad Magnam
calorum ex S. b. ante Dom 4 Nou. ora. ex Dom 6 post Epiph. O ea tem. S
primæ lect. ex Dom 4 Nouem. In Propt. Homil. Aha ad Bp. ex
iam ad Magn & ora. ex Dom 6 post Epiph. Cum 2. Vesp.
d 25 f. 2. De eccl. in Miss. (quæ ex Dom. præced. fine Glor. & Credo
orat 2. Evidentia. 1. Acutus.
e 14 f. 3. De ea. Vesp. q. sem. col. alb.
f. 17 f. 4. Gregor. Thaumac. Ep & conf. sem. Vesp. seq. du p. eom pra
ced col. idem alb.
g 18 f. 5. Dedic. Basilicæ Ss. Apost. dup. In Miss. Cred. & Praef cōm
In ora secreta omittitur tota Parenthes. In Vesp. com. seq.
a 19 f. 6. S. Pontianii Pap. & m. col. rub. lect. 1. Prophet. Amos ex fer
præced. lec. 2. Abdi. s ex fer. præsent. lect. 1. prop. Ruff. 1. Hom
iūm fecit ex 2. noct. viii mart. Resp. 2. Dñe præstat. It. Vesp. de
Prait. cap. B. M. in Sab. col. alb.
b 20 Sab De B. M. in Sab. in Missa. 2. Dells qui cord. 3. Eccl & Praef
B. M. Vesp. Præsenta. B. M. dup. com. Dom. Anna Super muros ex
Sab. ante Dom. 5. Nou. ora. ex Dom. 2. vltim post Pent. col. alb
C 21 f. 1. S. Ponitiani Pap. & m. col. rub. lect. 1. Prophet. Amos ex fer
præced. lec. 2. Abdi. s ex fer. præsent. lect. 1. prop. Ruff. 1. Hom
iūm fecit ex 2. noct. viii mart. Resp. 2. Dñe præstat. It. Vesp. de
Prait. cap. B. M. in Sab. col. alb.
b 21 f. 2. Cæcilia virg & mar. sem. col. rub. In Ves. cap. leq. eom præ
ced. & S. Felicitatis mar. col. idem rub.
c 23 f. 3. Clement. P. & m. tem. 9. & com. S. Felicit. m. in laud. (An
Date 1. &c. &c.) & in Mil in qua ora 3. Acutus. In Vesp. com. leq.
f. 24 f. 4. S. Christopher. m. col. rub. lect. 1. Michaelas ex Dom. præced. alia
duo de Sæct Resp. duo ex 3. noct. viii mart. in Ves. seq. dup. col. rub
f. 25 f. 5. Catharina virg & m. dup. lect. 1. noct. N. hum. ex fer. 2. Habe
rue ex fer. 3. & Sephen ex fer. 4. præced. In Vesp. com. leq.
a 26 f. 6. S. Pet. Alexand. ep. & m. col. rub. lec. 1. Argent. ex fer. 1. præ
ced. lect. 1. Zacharias ex fer. 6. occur. lect. 3. prop. ac S. Resp. duo
2. noct. viii mart. Vesp. de Pl. It. cap. B. M. in Sab. col. alb.
b 27 Sab. De B. M. in Sab. in Missa. 2. Deus qui corda, 2. Eccl.
Praef B. M. vesp. de Plat. cap. Dom. 1. Anna Anna ad Magnam. Be
nemer. Ss. 12. Ss. omittuntur, vesp. post octa Epiph. post Ves.

~~AD~~ DVLCIVS.

T V R A C O V E



B I B L V N

I P S O F O N E

LICENCIA, Y TASSO.

D OY Fe, y testimonio, yo el Secretario in-
frascrito, que por el Consejo Real de la Re-
ino de Navarra está dado licencia al Fr. Diego
Izquierdo Leitor jubilado, y Disfridor de la
Provincia de Burgos de la Orden de San Fran-
cisco, para que pueda imprimir en libro intitu-
lado: Trilogium Bucharisticum. Y así mis-
mo por el dicho Consejo está tassado cada pliego
del dicho libro para que se pueda vender a qua-
tro maravedis y medio, como consta por los reca-
dos que en mi oficio quedan, y en certificación
dello firmé en Pamplona a quince de Agosto de
mil seiscientos y cinquenta.

Marcos de Echauri Secretario



E R R A T A S.

- Folio 28, pag. 2 linea 21. necessarij, necessaria;
- Fol. 60, linea 11. crederint, crederent;
- Fol. 73, linea 14. qui, qui;
- Fol. 77 linea 7. prædicti, præditio;
- Fol. 77, linea 21. Christum, cibum;
- Fol. 91 pag. 2 linea 2. cordi, cordis;
- Fol. 101 pag. 2, linea 8. mortali, mortale;
- Fol. 112 linea 19. seculures, seculares;
- Fol. 116, linea 4. præicationem, prædicacionem;
- Fol. 118, linea 15. absolutione, oblatione.

Alonso de Amaya.

CENSURA REVERENDI PATRIS AL-
phonſi de Amaya, Lectoris Sacre Theo-
gie in Colegio Societatis Iesu
Pampilonenſis.

Trilogium Eucharisticum Religiosiſ-
ſimi, ac doctissimi Prtris Fr. Didaci
Yzquierdo Ordinis Seraphici, olim Sacre
Theologiz professoris: nunc vero Prouin-
tiaz Burgensis meritissimi Deffinitoris; iuſſu
Regii Nauarræ Senatus summa cum animi
voluptate perlegi. Opus quidem dignum
pietate, Religione, & doctrina tanti viri. In
eo enim claritas cum breuitate perlucet;
quoniam tamen aliqua omittat, immo omnia,
qua ad Eucharistia mysteriū ſpectant, tan-
ta dexteritate comprehēdit, ut merito opus
alias longum, breue fit. In eo nihil inuenio
quod fidei orthodoxe, bonis moribus, San-
ctorumque Patrum ſententiis diſſoneret; ſed
potius opus iudico non ſolum Theologicis
disputationibus vtile, ſed Sacerdotum per-
fectioni, & muneri perneceſſarium. Quare
dignum exiſtimo, ut prae lo mandetur. Pom-
peipoli, in Collegio Societatis I E S V,
die 21. mensis Maij, anno Domini 1650.

Alonzo de Amaya.

CENSURA R. P. IO ANNIS
de Qrib e Societate Iefu olim in Pom
pilon. Collegio Theologie
Lectoris.

Ex commiſſione D. Doctoris D.
Michaēlis Perez de Anguix Vicarii
Generalis in hac Pampilon. Diœceti per
Illustrissimum D. D. Franciscum de
Alarcon eiusdem Diœcesis Episcopum;
legi librum, cuius inſcriptio eſt: *Trilogiū*
Eucharisticum, compoſitum à R. P. Fr.
Didaco Izquierdo, Ordinis Minorum Re-
gularis Obſeruātia, Theologiae Lectore
iam emerito, & nunc Prouintiaz Burgensis
Deffinitore. Et animaduerti, ut Trilogiū
eſt, triplicem continere virtutē. Nam in
illo cernitur breuitas perspicua, qua mul-
tiplices de immenso Eucharistia myſte-
rio quæſtiones ſuccincte, ac dilucidè ex-
plicat. In aliorum libris breuitas obſcu-
ritatem obducit. Quod contigit in libro,
cuius titulus eſt, *Annoiations in Job:*
quæ D. Augustinus, lib. 2. retract. cap. 13.

S 3 li-

icet nō afferat esse suūnō tamen audet
inficiari: de illo tamen sic fatur: Breuitate
sententiarū ranta secuta est obscuritas, ve
cā lector ux ferre possit. In isto tamen li-
bro breuitatē nō sequitur obscuritas, sed
succinctā breuitatē comitur dilucida
claritas; qua cuiuslibet, etiā mediocris
ingenii acies facile arduas alioquin sen-
tērias potest cōprehēdere. Apparet etiā
in illo veritas sententiārū, quę non stylī
pigmentis fucatur; sed sinceris verbis pro-
fertur. Nā yr dixit Am. Marcellus: Verita-
tis sermo est simplex. Ostenditūr prēterea
Religiosa pietas, & ardens zelus, quo si-
deliū pectora ad Eucharistię devotionē,
& frequentiā conatur accēdere: ut amu-
letur Seraphicum Doctore Bonaventu-
ram, non sola Religione, & sapientia, sed
etiā charitate. Seraphicus Doctor nō so-
la oratione soluta, sed etiā metrica, quæ
ardentius animos cōmoyet, suā ostendit
pietatem. Sic eius assecla nō sola pressa,
sed etiā versu pectora incendit. Et ut om-
nino inhāret Magistri exēplis, obser-
nat id ē metrū, quod illi tenuit in tracta-

tu inscripto, Laudis mus Crucis: & in al-
tero, quem Philomena nuncupauit. Nec
iudicari debet abiecta, & aliena à grauij,
& sapiētibus Doctoribus hęc verificandī
ratio, quando eligitur, ut mediū ad inflā
maudos vehemētius animos ad pietatē,
& virtutē. Nā simili metro afflati ab Spi-
ritu Sancto sacri vates & sūl sunt in sanctae
scripture libris. Id testatur Agellius Pro-
mio in Psalmos Regii vatis sic fatus: Sūl
in sacrī literis quandoque versus, qui duo
quedā habeant. Nā similiter desinunt, &
equalib[us] constat syllabis. Quod probat
allegatis locis ex Deuteronomio, & Psal-
mis Dauid. Hęc duo habent etiā versus
Seraphici Doctoris, & eius discipuli: Nā
& similiter desinunt, & equalib[us] cōstat
syllabis; & sacerdū versū metrū imitun-
tur, Nihil ergo in illo libro est parui pē-
dendū; sed quidquid in illo continetur,
plurimis cōstimatorū, quia valde cōfondit
Sacrae Scripturę, & doctrinę Sanctarū
Patrū, & Theologorū. Sic censeo in hoc
Collegio Societatis IESV Pamphilon.

Ioannes de Orte

LICEN-

Licencia del señor Vicario General.

NOS el Doctor Don Miguel Perez Anguix Prior de Larraga, Provisor, y Vicario General del Obispado de Pamplona por el Ilustrissimo señor D. Francisco de Alarcon Obispo del dicho Obispado, del Consejo de su Magestad, &c. Por la presente por lo que a Nos toca damos licencia para que se imprima el libro compuesto por el Reverendo Padre Maestro Fr. Diego Izquierdo de la Orden del Seraphico S. Francisco, Lector que ha sido en Santa Theologia, y al presente Diffinidor en la Provincia de Burgos, cuya inscripcion es, *Trilogium Eucharisticum*: por quanto le hemos hecho reconocer al Reverendo Padre Maestro Iuan de Oribe Lector, que assi bien ha sido en sancta Theologia, y Conveniente en el Colegio de la Compania de IESVS desta Ciudad, que lo ha aprobado,

por no auer en el cosa contra nuestra Santa Fè Catholica, antes bien mucha, loable, y sancta doctrina, que se imprimira, antes di esta licencia, para que della conste. Dada en Pamplona a veinte y tres de Mayo de mil seiscientos y cincuenta.

Doctor Perez Anguix

Por mandado del Señor Vicario General de Pamplona.

Alonso Mago Secretario.

*CENSURA REVERENDI ADMON
dum P. Fr. Michaelis Gutiérrez Lectoris
Inibilati, Calificatoris Sancti Officij Inquisi
tionsis, & Ministri Provincialis
Almae Provinciae.*

Burgensis.

Trilogium Eucharisticum, cōtinens
succinctē, morale, scholasticum, &
mysticum Eucharisticū, ut Sacramentum
est a R. P. Fr. Didaco Yzquierdo merito
in sacra Theologia Lectori laureato, &
nunc Provincie Almae Burgensis Diffi-
nitore, elaboratum ex commissione, &
mandato Reverendiss. P. N. Fr. Petri à
Manero Vicecomissarii Generalis totius
Cismontanæ Familiae Strictioris Obser-
uantie S. P. N. Francisci, pia animi asse-
ctione perlegi. In quo per capita, quæ-
stiones subtiliter, & appositè discussas, &
decisas, cū feruidis meditationibus my-
sterij magna claritate, qua abundantiam
breuitati cōciliat, & solidis fundamentis
dubium à certo, probabile ab apparenti
secernit, & varietate opinionū, quid spe-
culatiū cū fundamento teneri, quid ve-

ro

rō in praxi tutius cōscientijs cōsulendo,
& in virtutū perfectione proficiendo se-
quendū sit, docet. Semper hunc Magistrū
studiositati vacantem, & otiositatem fu-
gientem auscultauit. Audiui illū sēpē in
Cathedra ingeniosē impugnantibus fa-
tis facere, & disputantem si nō cōtrarios
reuincentem, oprimentem. Si huius Au-
thoris non cōpellere me modestia pau-
cis, quę dixi in eius laudem ex affectu
erga ipsum quā plura cumulasse. Scho-
lasticis Theologis disputantibus, cōfessi-
riis animabas consulentibus, Sacerdoti-
bus rem sacram facientibus, & mysticis
omnibus Iesum in Eucharistia meditan-
tibus hoc opus adaptare censui. Nihil
nostræ Catholice Fidei, & bonis mori-
bus dissonum, immo omne valde cōso-
num in hoc opere inueni. Dignum pro-
inde iudico, quod in lucem ad profectū
omnium cedatur. Datum Luctuoni in
Conuentu S. P. N. Francisci Kalendis
Februarii, anni 1650.

*Fr. Michael Gutiérrez
Lector Inibilanus.*

CENSVRA REVERENDI
admodum Patris Fratris Francisci
Coronel, Lectoris Iubilati, Sanctæ
Inquisitionis Regni de Nauarra,
Meritissimi Censoris hæri, &
duis tertius Diffinitoris, &
Custodis Prouinciæ
Burgensis.

DE commissione, & mandato Reue-
rendissimi, sapientissimi que Patris
nostrí Petri Manero Lectoris Iubilati,
Supremi senatus Sanctæ Inquisitionis
dignissimi Qualificatoris, & Familiæ Cis-
montanae vigilantissimi Vicecommissarii
Generalis diligenti Inquisitione, & acu-
rate perspexi Trilogium Eucharisticum,
Reuerendi admodum per doctrique P. Fr.
Didaci Izquierdo Lectoris Iubilati, &
eiusdem Prouinciæ Burgensis Diffinito-
ris, invenique gratissimum, & preclarum
opus, in quo nostri subtilis Doctoris Sco-
ti, Theologorum Principis vera imago

videtur expræssa, explicita mens, opus
inquit dignum suo Authore. Statuimus
Sacerdotali proficuum, est fons uberrimus,
ex quo omnes merito bibere possunt, &
qui sitit, accedat, quia gratis sicut. Et quia
de hoc opere, de eius eruditione profun-
da, & eximia doctrina ritè sentio, vt or-
thodoxum opus arbitror edendum. Dat.
in hoc Conuentu Sancti Sebastiani Ci-
uitatis de Tafalla, die Vigesima quarta
mensis Iunii, anni 1650.

Frater Franciscus Coronel.



mo

LICENCIA DE N. P. R. VICECO-
missario General.



RAY PEDRO MANERO
Vicecomissario General, y
heruo de toda la Orden de
N. P. S. Francisco en esta
Familia Cismontana, &c. Al Padre Fray
Diego Izquierdo Lector Iubilado, y Dif-
finitor de nuestra Provincia de Burgos,
salud

salud, y paz en nuestro Señor Jesu Christo.
Por quanto V.P. ha compuesto vn libro
intitulado: *Trilogia Eucharistica*, continens
succincte morale, scholasticum, & mysticum
Eucharistie, ut Sacramentum est: el qual
quiere dar a la estapa y porq[ue] de su im-
pression se ha de seguir mucha utilidad a
los fieles: Por tanto, por el tenor de las
presentes damos a V.P. nuestra facultad
y licencia para la dicha impression, obser-
vando primero lo que dispone el sacro
Cócilio Tridentino, los sacros Canones,
y las Pragmaticas Reales, y en su testimo-
nio mandamos dar esta nuestra patente
firmada de nuestro nōbre, sellada con el
sello mayor de nuestro oficio, y refren-
dada de nuestro Secretario. En nuestro
Conuento de S. Francisco de Madrid, a
10. de Noviembre de 1649.

Fray Pedro Manero
Vicecomissario General.

Por mandado N. P. R. Vicecomis. Generali.

Fr. Felipe de la Torre Secret. General.

REVE-

REVERENDISSIMO
P. NOSTRO F.
PETRO MANERO,
RELIGIOSISSIMO PA-
RITER Q VE DOCTISSIMO,
Lectori Iubilato meritissimo, San-
eti Officii Inquisitionis censori,
nec non Familiae Cismontanæ Vi-
cecomissario Generali, & Guberna-
tori prudentissimo, humilis cliens,
& filius Fr. Didacus Izquierdo sa-
lutem in Domino precatur
sempiternam.



ARVO operi, Reveren-
disime Pater, nomen ali-
quod magnum prafigere
necessus est, & obscuru quo
dammodo propter breuitatem clari-
tas

tas Patroni accedere debet. Occurrit
statim mihi tuum omnibus simul re-
bus nomen clarum genere, dignitate,
doctrina, pietate. Dabis igitur veniam
non tam audaciæ meæ, quam necessi-
tati. Multa me volentem impulcrūt,
ut hoc opusculum clientela tua com-
mitem. Ipsa nimirum materia, quæ
minorum virorum tutelam nescit
ambire. Tum facilis illa morum sua-
itas, qua omnes vis iuuare, propter
comitatem, potes propter authoritatē.
Nobilitas deinde tui generis, cuius
ne nomen quidem est vacuum luca
laudis.

Fumus est gloria, quæ de fumosis
imaginibus nascitur, clara vero laus,
et egragia, que proprijs ex virtuti-
bus mirat. Ab infantia specimen vir-
cūris, et desiderium ad descendilice-

ras

ras dediti. In studio liberaliæ artium
omnium animos in tui admirationem
conuersti, precipue in Rethorica. Te-
stis est Apologia Tertuliani, quam su-
ma eloquentia, adornata sapientia,
splendore, gratia, et venustate ex
lingua Latina in Romanā traduxisti.
Duodecim annorum spatio sacram
Theologiam singulari omnium plau-
su, atque acclamatione mirificè expla-
nasti. Tali sapientia, et doctrina in
Religione laureata Tribunal Sanctæ
Inquisitionis latatur edictum expe-
riencia inuenisse virum iuxta zelum
tanti Senatus.

Consumatus in breui expleuisti
tempora multa, et gradatim ascen-
dendo ad magna volasti. Manero
quasi Magnus sum, et Magnus ero.
Manero quasi Magnus sum, et Mag-

ss

nus

nus Mane ero. Ad altiora, ut spero
vocaberis. Ex inferiorib^o maiori prae-
latura laudabiliter expleta ad officiū
Secretarij Ordinis vocatus, quanam
prudentia? qua comitate? qua Reli-
gione? qua affabilitate illud exercui-
sti? Magna felicitas quod á facie tua
nullus non hilaris exierit.

Æquum non erat, ut Provincia
qua te genuit, tuo regimine non frue-
retur. Absens eras cū te ad gubernan-
dam aliam Aragoniæ Provinciam
unanimi consensu illius Patres ele-
gerunt. De hinc in Congregatione Ge-
nerali Victoria celebrata ex multis
qui ibi confluxerunt Diffinitor Gene-
ralis adscitus est, & breuit temporis in-
tervallo ad culmen Vicecommisarii
Generalis Familiae Cismontanne per-
venisti.

O

O nos felices quos tua iussa ferunt
In his omnibus semper idem, nec mu-
tatus es in virum alterum. O nobile
cor, quod nec aduersis deprimitur, nec
prosperis exaltatur. Ergo merito ego
ob animi tui egregia ornamenta, Re-
ligionis zelum, negotiorum expeditio-
nem, solerter prudentiam, circunspe-
ctam maturitatem, alia quæ in hume-
ra encomia opusculum istud dedico,
quod ad euitandum otium breuiter
confeci. Accipe igitur Reverendissime
Pater munusculum istud cum affectu
filiali, & sit tibi gratum, quod sub pro-
cectione tui nominis in lucem emitto.
Vale.

Frater Didacus
Izquierdo.

§§ 2

PIO

T V R A V E .

N E S I L E A



PRÆTE PIO LECTORI.

R E V N D O C A V E ,

IRABERIS forté quis
quis in hoc Trilogiū
incideris, quid tandem
opere prætium duxer-
im post tōr, tantaque
sc̄i ipsa de Eucharistia
hunc laborem mihi in-
sumere. Huius igitur caffsam paticis ac-
cipe. Cum me vrgeat ardens desiderium
dignè accedendi ad Eucharistiam, ideo
volui mihi formam præscribere, quam
imitari deberem. Cum charitate frater-
na, pie Sacerdos, cōiunctus tibi sim, ideo
decreui hunc breuem tractatum scribe-
re, in quo veluti in rudi speculo munus
tuum inspicias. Cum in Eucharistia, quā
administras, reperiantur tria, nempe Sa-
cramentum tantum, quod est signum
sensibile, & res, & Sacramentum simul,
nempe Christi corpus, & res tantum,
quę est gratia, ideo opusculum hoc Tri-
logium nuncupatur. Cum claritati, &



breuitati studium apponam, in tres partes hunc tractatum diuido. In prima parte de Eucharistia, ut Sacmentum tantum est ago. In secunda, de mirabili conuersione panis in corpus Christi, & vini in eius sanguinem sermonem instituo. In tertia, effectus huius Sacmenti ante oculos pono cum dispositione ad eos suscipiendos. Cum id, quod metro traditur, melius memorie mandetur: ideo in quibusdam carminibus, que cautinelæ nuncupantur; vocem dilecti Iesu pulsantis, ut eum digne suscias, annuntio.

Cum periculosisimū sit officio Sacerdotis fungi, & non Sacerdotaliter viuere, ideo quædam monita ex Sacra Scriptura, & S. Patribus congesta trado, ut Sacerdos conscientiam suam examinet, vitam, & mores suos discutiat, virtuosèque viuat, sibi commissos debite regat, instruat, moveat, corripiat, atque aedificet. Cum in consideratio in celebrationē missæ sit causa indeuotionis plurium Sacerdotū; ideo ut possis vitam, & passionem Christi in Missa considerare, breues meditationes

tiones apponop: quibus si te assuefceris, magnum utilitatem experiaris.

Cum hoc opusculum in lucem prodeat, fateor paupertatem ingenii mei tamen scientia, quam eloquētia legentibus manifestare. Cum vero melius sit aliquid, & si minimum præstare; quam nihil, ideo hoc munus exiguum; hoc pauperculum scriptum ad honorem dulcis Iesu de tenuitate mei ingenii offerre præsumpsi. Certe vidua paupercula, quæ duo æra minuta Deo gratissima obtulit, non propter hoc offerre non debuit, quia magis offerre non valuit.

Habes hic, amice Lector, scribendi causam, & quid toto opere sim securus. Si quid placeat, diuinæ gratiæ à qua nobis bona omnia, tribue: Si quid displiceat, infirmitati humanae, dona. Vale.

IN



INDEX
EORVM.QVÆ
IN HOC OPERE
CONTINENTVR.

PRIMA PARS
TRILOGII.

- ESVS in Eucharistia
præfiguratus, cap. 1.
fol. 1.*
*Iesus accipiens panem
cap. 2 fol. 4.*
*Iesus consecrans pane,
cap. 3. fol. 6.*
Iesus accipiens Calicem, cap. 4. fol. 9.
Iesus consecrans Vinum, cap. 5. fol. 11.
*Iesus consecrans utramque speciem simul,
cap. 6. fol. 13.*
*Iesus consecrans panem, & vinum pre-
sens, cap. 7. fol. 15.*
Iesus

Iesus instituens Eucharistiam, cap. 8. fol. 19.
Iesus instituens Eucharistiam, Sacramen-
tum, cap. 9. fol. 20.
Iesus instituens unum Sacramentum Eu-
charistiae, cap. 10. fol. 23.
Iesus instituens excellentius Sacramentum,
cap. 11. fol. 26.
Iesus instituens Sacramentum Eucharistiae
ad salutem necessarium, cap. 12. fol. 28.
Iesus ministrans Sacramentum Euchari-
stiae, cap. 13.

Secunda pars Trilogii.

IE SV S præsens in Eucharistia, cap. 1.
fol. 34.
Iesus in Eucharistia ab hereticis blasphe-
matus, cap. 2. fol. 37.
Iesus in Eucharistia adoratus, cap. 3. fol. 39.
Iesus in Eucharistia cum pane non socia-
tus, cap. 4. fol. 40.
Iesus in Eucharistia accidentibus velatus,
cap. 5. fol. 43.

Iesus in Eucharistia existens mirabiliter
occultatus, cap. 6. fol. 46.
Iesus in Eucharistia ex pane, & vino in
cibum, & potum nobis datus, cap. 7. f. 51.
Iesus in Eucharistia multifariam denomi-
natus, cap. 8. fol. 56.
Iesus in Eucharistia aliquando manifesta-
tus, cap. 9. fol. 59.
Iesus in Eucharistia incipit, & de essentia
esse demonstratus, cap. 10. fol. 61.

Tertia pars Tri- logii.

IESVS in Eucharistia mors est malis vi-
tabonis, cap. 1. fol. 69.
Iesus in Eucharistia causat gratiam tem-
pore manducationis, cap. 2. fol. 71.
Iesus in Eucharistia replet esurientes gra-
tias, & donis, cap. 3. fol. 73.
Iesus in Eucharistia manet in communi-
cante per modum speciales uniones,
cap. 4. fol. 75.

Iesus in Eucharistia causat gratiam secundum gradum dispositionis, cap. 5. fol. 76
Iesus in Eucharistia habet triplicem mandatum mandationis, cap. 6. fol. 78.

Tractatus de appara- ratu ad Missam.

IESVS in Eucharistia exigens apparatus Ecclesie, cap. 1. fol. 81.
Iesus in Eucharistia exigens apparatus altaris, cap. 2. fol. 82.
Iesus in Eucharistia exigens apparatus sacerorum vasorum, cap. 3. fol. 84.
Iesus in Eucharistia exigens apparatus corporalium, cap. 4. fol. 85.
Iesus in Eucharistia exigens apparatus vestium Sacerdotalium, cap. 5. ibidem.
Iesus in Eucharistia exigens apparatus aliarum rerum, cap. 6. fol. 87.
Iesus in Eucharistia exigens animæ puritatem, cap. 7. fol. 89.
Iesus in Eucharistia unitat ad communionem, cap. 8. fol. 91.

Iesus

Iesus in Eucharistia exigens corporis dispositionem, cap. 9. fol. 94.
Iesus in Eucharistia exigens diuini Officij recitationem, cap. 10. fol. 97.
Iesus in Eucharistia exigens determinatam horam ad Missæ cælebrationem, cap. 11. fol. 101.
Iesus in Eucharistia exigens defectuum correctionem, cap. 12. fol. 103.
Iesus in Eucharistia dat Sacerdotibus salubrem monitionem, cap. 13. fol. 104.

Præparatio ad Missam.

Motius ad celebrandum, fol. 111.
Frequentia celebrationis, fol. 112.
Pro quibus est celebrandum, ibidem.
Memento pro viuis, & defunctis, fol. 113.
Meditatio dum Missa celebratur, fol. 114.
Iesus ut parcat exoratus, ibidem.
Iesu

Iesus à Pátribus desideratus, fol. 115.
Iesus nobis datus, nobis natus, ibidem.
Iesus à Baptista prænuntiatus, ibidem.
Iesus mundum manifestatus, fol. 116.
Iesus per totum mundum predicatus, ibidem.
Iesus Ephrem moratur, mori paratus, ibidem.
Iesus Triumphantor acclamatus, fol. 117.
Iesus orans postratus, ibidem.
Iesus pro nobis à Sanctis rogatus, ibidem.
Iesus nostra oblatione placatus, fol. 118.
Iesus iudicibus præsentatus, ibidem.
Iesus pro nobis mysticè mactatus, ibidem.
Iesus à Sacerdote eleuatus, fol. 119.
Iesus pro nobis Patri oblatus, ibidem.
Iesus à Latrone, & Centurione Filius Dei
prædicatus, ibidem.
Iesus in sepulcro collocatus, fol. 120.
Iesus resuscitatus, ibidem.
Iesus manducatus, ibidem.
Iesus pro nobis Patri reppresentatus, ibidem.
Oratio ad Iesum, fol. 121.
Quid agendū post communionem, fol. 124.
Brevis expositio mystica Missæ, fol. 126.
Accessus Sacerdotis ad Altare, ibidem.
Introitus Missæ, ibidem.

Kyrie eleison, fol. 127.
Gloria, ibidem.
Dominus vobiscum, ibidem.
Epistola, 128.
Graduale, 129.
Alleluia, ibidem.
Euangelium, ibidem.
Oferorium, fol. 130.
Suscite Sanctæ Pater, fol. 131.
Lauabo inter innocentes, ibidem.
Suscite sancta Trinitas, fol. 132.
Orate fratres, ibidem.
Secreta, & Præfatio, ibidem.
Te igitur, & memento, fol. 133.
Comanicantes, & Hanc igitur, ibidem.
Qui pridie quam pateretur, fol. 134.
Vnde, & memores, ibidem.
Supra quæ propitio, ibidem.
Supplices te, & nobis quoque, fol. 135.
Pater noster, & libera nos, ibidem.
Pax Domini, & Agnus, fol. 136.
Domine Iesu, post communio, & ite Missa
est, ibidem.
Salutatio Mariae, fol. 137.
Speculum Vitæ Sacerdotis.

FINIS.

CHRISTUS VITVO.



SALVAT

MARIA VIRGO

VISITA

PRIMA PARS

TRILOGII
IN QVO AGI-
TVR DESACRAMEN-
TO EVCHARISTIÆ, VT
SACRAMENTVM EST
TANTVM.



N hac prima parte
agendum est de
Eucharistia, ut Sa-
cramentum tantu
m est, nempe defen-
sibili, quod re-
petitur in eo: Res
est ferè moralis
hæc pars, & ideo
sit de materia, forma, ministro, & de mo-
do ministrandi Eucharistiam.

A IESV

Iesus in Eucharistia præfiguratus.

C A P. I.

D.Bon



Principio conditionis naturæ, inquit D. Bonaventura in tract. de Ligno Vitæ, collocatis in paradiſo primis parentibus s̄ dehinc propter æsum ligni vetiti, per diuini decreti seueritatem expulsis, superna misericordia nō distulit hominem errabundum reuocare ad p̄c̄nitentiæ viam, spem venie dando per reprobationem saluatoris aduentus, promitens in conspectu Adamyricæ prolis parare mensam, mensem, quam diabolus in paradiſo apposuerat cōtrariam. Vnde per diuersas figuræ, & in omni statu, sacram Eucharistiam prænunciare, ac præfigurare non destitit.

Vide Dei prouidentiam. Quia in Eucharistia offertur Christus; oblatio Abel fuit

ty-

typus sacrificij Eucharistici. Genes. 4.

Genes. 4.

Quia in Eucharistia Christus misticè patitur: animalia, quæ patiebantur immolanda, agnum occisum figurabant.

Quia Eucharistia est ignitium dilectionis figuratur per agnum assatum. Exod. 12.

Exod. 12.

Quia est impinguatilium deuotionis, figuratur per vitulum saginatum. Luca 12.

Luca 12.

Quia est corroboratiuum actionis, figuratur per fauora melis in ore leonis. Iud. 14.

Iud. 14.

Quia est rememoratiuum, & representatiuum passionis, figuratur per panes propositionis. Exod. 25.

Exod. 25.

Quia est plene dulzoratiuum mentis, figuratur per manna. Exod. 16. Vbertinus.

Exod. 16.

Quia per Eucharistiam cōsequimur benedictionem æternam: figura fuit benedictio Iacob ab Isac collata. D. Thom. opus. 58.

D. Thom.

Quia Eucharistia est via ad cælum: in Jacobea scala fuit prænunciata. Gen. 28.

Genes. 28.

Quia Eucharistia est Cibus Robustoru: præsignata fuit in Botro terræ promissionis, in humeris fortium gestato. Num. 13.

Num. 13.

Quia Eucharistia est viaticum ex hoc mun-

A 2 mun-

Prima pars Trilogij

D.Tho. mundo ad cælum; figurata fuit in pane sub cineritio ad Helię caput posito, D.Thom. in offi. Corp. Christi.

D.Ambr. Quia in Eucharistia totus, & integer Christus accipitur; præsignatus fuit in vitulo tenerimo ab Abraham Angelis exhibito. D.Ambr.apud Mend. lib. 2. scđt. 2.

Gen.8. Quia Eucharistia est sacrificium gratificatum, & Deo odoris suauissimi; figuratum fuit in sacrificio Noe post diluvium, Genes. 8.D.Ber.de Passione, cap. 43.

D.Tho. Quia Eucharistia est Sacrificium expiatiuum, figuratum fuit in sacrificio expiatio- nis solemissimo in veteri lege, D.Tho. 3. p. 9.73. art. 6.

D.Tho. Quia Eucharistia est Sacramentum tan- tū: oblatio Melchisedech in pane, & vino; fuit expressior figura cæteris figuris veteris legis. D.Thom. 3. p. q. 67. art. 3.

4.Reg. 3. Quia in Eucharistia substitutio panis trā-
sfig. 2. sit in Corpus Christi; significatur per mu-
tationem aquę amarę in dulcedinem, per
falsum immisit in aquam Elīsaeus, 4. Reg.
cap. 2. Idem significauit conuersio aquę in

Eucharistici.

3

vinum in nuptijs Cana Galileæ. Ioan. 2. illa conuersio aquę in vinum ait Ciril. Epis. Hier. habet quandam cum sanguine propinquitatem.

His, & alijs figuris debuit Eucharistia præsignari, primo ratione dignitatis, quia prædicata, & expectata erat, sicut donum Dei excelentissimum, vnde figure huius Sacramenti preire debuerunt. Vt, & in his præfulciretur expectatio fidelium, & dignitas huius Sacramenti famosior ostendetur. Secundō, ratione difficultatis, quia inter omnia credibilia, hoc misterium est difficultissimum ad credendum: Ideo homines ad hoc diuērsis figuris debuerunt, quasi manu du-
ctiōne assuefieri, D. Bonavent. in 4. dist. 8. D. Bona-
quest. 1.

Sed obone Iesu etiam in Eucharistia ab hereticis blasphematu, præfigurari voluisti. Descēderūt volucres super cadavera, & abi-
gebat eas Abrahā. Gen. 15. Hæretici filii sūt Gen. 15.
diaboli qui nomine volucris significatur. Luc. 8. & per illud sacrificiū Abrahæ, nō in Luc. 8.
congrue Christus in Eucharistia significari

Prima pars Trilogy

po test , cui hæretici insultant blasphemis
inuerecundissimis præcipue Lutheri Sata-
nicum ingenium , has figuræ exprobat,
& aduersum D. Thom. qui pulchre cōpo-
suit officium Corporis Christi, impudenter

Yrbani. simē loquitur. Noster autem Abraham. *Yrb.*
III. *banus* *III.* *Pont.* *Max.* omnes hæreticos
per excommunicationis sententiam abigit
ab Ecclesia: solemnitatem Corporis Christi
instituit, officiumque à D. Tho. compoſitū
aprobauit, & in Ecclesia decantari iussit.

Petis cur sit mentio in Missa solū de
sacrificijs Abel , Melchisedech, & Abrahæ
relieto agno Paschali, figura præcipua Eu-
charistie in veteri lege , vt fateretur D. Tho. r.
D. Tho. 2. q. 10. art. 5. R. quia illa tria sacrificia ex-
pressiores sunt figuræ Eucharistie, oblatio
Melchisedech fuit figura Eucharistie, vt est
Sacramentum tantum. *D. Thom.* 3. p. q. 73.
art. 6. Oblatio Abel Eucharistiam, vt est res,
& Sacramentum simul præfigurabat , vbi
sicut aliis Abel Iesus in Missa seipsum of-
fert Patri, vt autem Eucharistia est res tan-
tum fuit. præfigurata in Abrahæ sacrifici-

cio

Eucharistici.

4

cio, cuius benedictio se extēdebat ad Abra-
ham, Isac, & ad omnes gentes per saluato-
ris promissionem: sic per Eucharistiam o-
mnia gratiarum benedictio nobis conser-
tur.

Vide quod in his tribus sacrificijs alle-
gatur sanctitas sacrificantium, quæ semper
Deo placuit; merito ergo de his sic mentio
in Missa, & de agno paschali nulla sic me-
moria , quia æsus agni huius non semper
Deo placuit propter Iudeorum malitiam

Gabri. Gabr. lect. 55 super Can.

Iesus accipiens panem. CAP.II.

CV M supremus ille artifex Adam face-
re veller: terram accepit: indeque homi-
niem diuinam quadam arte formauit, nostre
carnis mortalitate indutus in ultima Cena
quando pascha cum discipulis celebrata:
transitus erat ex hoc mundo ad Patrem,
in sanctas, ac venerabiles manus suas pa-
nem accepit, ex quo Angelorum panem
confecit, animæ nutrituum, vitæ spiritualis

A 4

fa-

Prima pars Trilogij

Saciarium, in sudore humani vultus comedendum.

Ibi tunc fatus Dei de terra viuum hominem surgere fecit ad vitam; hic Verbum Dei de pane terreno vitæ panem effecit. Ibi tunc in alio terræ Deus Adæ membra composuit; hic sub speciebus panis sua membra componit, ibi accessit fatus Dei ad elementum, & factum fuit hominis figmentum; hic accedens Verbum ad elementum fit Sacramentum. Ibi voluntas Dei assumpsit terram tamquam materiam ex qua fieret homo; hic voluntas Christi panem sumpxit ex quo eius corpus fieret: ratio ergo cur panis triticeus est materia Eucharistiae voluntas est Christi.

bc. Flor. ateran. Lateranez. Trident. Et a sanctis P.P. receperunt. solum panem triticum esse materiam Eucharistie, hic enim est vere, & propriè, panis qui in humano victu consuetus est, & ex commentarijs Caietani. 3. p. q. 74. art. 1. sub Pio 5. impressis, ex puctum est ex quolibet frumento potest confici Eucharistia.

Item

Eucharistici.

5

Item non potest confici in pane consecrato ex fructibus, nempe ex castaneis, ficubus, amigdalais, & radicibus, ut sit apud Indianos, nec in pane, qui sit ex leguminibus, ut fabis, nec est materia consecrationis, hordeum millium, oriza, maizium, avena: quinimo tipha, (Hispanicæ Centeno) est materia dubia, sit Suarez dis. 44. sect. 1, quia nec ex *Suar.* figura, nec ex colore, nec ex proprietate triticum appetat licet *Victoria de Eucha.* *Victoriæ.* num. 55. dicat esse materiam sufficien-tem.

Nec est materia Consecrationis pasta, lagana, pultis, nec amyelon, & similis, cum panes non sint, & si admitas *cum Seto*, pastam, & amyelon non differre species phisica à pane, saltem differunt moraliter. Scilicet, quam nos appellamus secaliam iuxta. S. Thom. art. 3. materia est sufficiens, licet aliqui DD. quorum opinio videtur probabilior Bonacine, disput. 4. q. 2. p. 1. contrarium doceant, cum in no-Bonac. stris Regionibus pro tritico non habeatur.

De-

Prima pars Trilogij.

Deinde panis qui est materia consecrationis, debet esse confectus ex aqua naturali, & coctus igne, per modum assationis, ut in furno, aut sub cinere, aut ferro calido, aut alia ratione. Vnde panes dulciati confecti ex melle, lacte, & aqua rosacea, vel alio liquor, non sunt materia consecrationis, nisi huiusmodi liquores, in modicissima quantitate aponantur, que non destruat substantiam panis, nec est materia consecrationis panis coctus ad ardorem Solis.

Nota vero materiam esse consecrandam iuxta Ritum Ecclesiae nempe oblatam, & si particula offeratur Sacerdoti post oblationem, Bonaventura. q. vlt. punc. 2. ait non posse consecrari, sed Gauantus tom. 3. p. 3. titul. 10. docet posse consecrari, mentaliter oblatam, & ante prefationem allatam. Item hostia nisi iuxta morem cuiuscunque Ecclesie solitum non potest consecrari, secluso tamen in scandalo, potest Sacerdos celebrare cum particula deficiente hostia. Diana. p. 5. Diana. tom. 13. R. 80. dummodo sit Missa priuata, vide illum.

In

Eucharistici.

6

In Ecclesia latina consecratio fit in pane azimo, in Greca in fermentato. Vterque panis est sufficiens materia, ut docet fides, vterque ritus validus, sed noster conuenientior, ut docet D. Tho. art. 4. quia putamus Christum in pane azimo consecrasse primadie azimorum. Et panis azimus est propriæ materia Sacramenti corporis Christi, quod sine corruptione conceptum est; ac denique magis competit sacerdoti fidelium, quæ requiritur ad usum Sacramenti.

Quilibet autem Sacerdos tam in Ecclesia Greca, quam Latina debet seruare suum ritum ex precepto Concil. Florent. Ep. 5. Pius V constitutione sua 12. revocantis omnes licencias concessas tam Grecis, quam Latinis iubentis singulos seruare suum ritum.

Sed quid dicendum cum Sacerdos transfit per regionem non suam vbi non habet Ecclesiam propriam suæ regionis. Martinus à Bedesma. r. p. q. 15. art. 4. dub. 2. docet deberet singulos seruare ritum loci per quem transfeuit, siue sint Sacerdotes Latini, siue Graeci. Sartorius disp. 44. sect. 3. cum malij dicitur.

cct

Prima pars Trilogy

cet liberum & licitum fore cuique vnum;
vel alterum ritum eligere. Alij dicunt Latinos
semper debere suum ritum ubique ser-
uare. Græcos vero tenere consecrare more
Latino, cum inter eos peregrinantur, quia
ipsis ex priuilegio est concessum in fermē-
tato consecrare, quod extra suam patriam
extendendum non est. V aq. disp. 174. c. 3.
Vaq. tenet debere tan Græcos, quam Latinos pe-
regrinantes obseruare ritum sue patriæ &
sic communiter sit, ut non nouum ritum
assimilant, & hoc est specialis res, quamvis
in alijs peregrini legibus loci illius per quæ
transcunt, alligentur.

Iesus consecrans panem. CAP. III.

CVM accepisset benedictus Iesus panem
in sanctas, ac venerabiles manus suas, il-
læ verba dulcissima, sacratissima, & efficacissi-
ma protulit. Hoc est corpus meū, quibus
panem in suum corpus conuerterit. Eadem
quotidie in Ecclesia Sacerdos in persona
Christi profert, & recitatuè, quia narrat, &
recitat

Eucharistici.

7

recitat quæ Christus dixit, & fecit & simul
significatiuè, & formaliter, quia verba præ-
dicta, à Sacerdote prolatæ, efficiunt quod
significat, quod est cōmune cū formis alio-
rum Sacramentorū, ita communiter DD.

Sed lector te precor siste paulisper, non
est de fide prædictis verbis Christum suum
corpus consecrasse, quia Concil. Florent. so-
lum dicit, forma huius Sacramenti sunt ver
ba saluatoris quibus hoc conficitur Sacra-
mentū. Eset tamē temerarius qui affereret
Christū prædictis verbis non consecrasse.
Cū se opponat sanctis PP. & Theologis cū
D. Tho. 3. p. q. 78. ar. 1. Scoto dist. 8. q. 2. art. 2.

D. Tho.
Scot.

Scio aliquos DD. affirmare docuisse Sco-
tū illa verba qui pridie quam pateretur, &
antecedentia verba consecrationis, ita esse
necessario recitanda quod sine illis cōsecra-
tio nō fieret. Sed Scotus ibi nō omnino, affer-
tiuè loquitur, sed arguendo procedit & propo-
ter rationes quas ibi vide, dubius manet.

Hæc verba, Hoc est Corpus meum, non
sunt forma Eucharistie in esse permanenti,
sed forma consecrationis. Scotus dist. 8. q. 1.

Suar.

Prima pars Trilogy

Scot. *Suar. disp. 42. cum alijs.* Cum enim trāsa & is
Suar. verbis hoc Sacramentum permaneat, neu-
Conc: tiquam forma eius esse possunt, & quidem
Flor. consultō Concil. Florent. in decret. Euge-
nij ad Armenos loquens de Eucharistia di-
cit, perficitur pane quasi materia, & verbis
quasi forma, innuens in hoc Sacramento
non esse illam compositionem ex materia,
& forma, vt sit in alijs Sacramentis, nisi di-
cas manere verba virtualiter, quia per illa
Sacramentū conficitur: Eadem ratione
probares, intentionem Ministri ibi manere
virtualiter, cum ad Eucharistiae effectio-
concurrat. Est ergo forma huius Sacramen-
ti in facto esse, significatio, & materia sunt
species visibles, que sunt fundamentum
proximum relationis significationis ad sig-
Scot. niatum. *Scot. in 4.d.3.q.1.*

Caveat Sacerdos, ne verba consecratio-
nis mutet, sed clare, devote, & atentè illa
pronunciet. Si mutatio formæ sit solù acci-
dentalis, sit Sacramentum, secus vero si sit
substantialis, ita communiter DD. in mate-
ria de Sacramentis. Si particulam, enim, di-
mi.

Eucharistici.

8

misisti, cōsecrafti, sed secundū aliquos gra-
uiter peccasti, sed venialiter solum secundū.
Bonac. *q.3.punct.3.nisi ad sit contemptus.* **Bonac.**

Si dixisti, hic est corpus meum, si ly, hic,
sit aduerbiū locale, non est forma valida,
erit autem, si est pro nomen masculinum,
quia mutatio est accidentalis, & gramati-
calis. *Diana 5.p.tract.14.Res.77.* Si dixisti, hoc **Diana.**
corpus est meum, meum est corpus, non
consecrafti, quia vtrōbique metū sumitur
possesue. *Fagundex, 3. p. lib.2.cap.6.* **Fagund.**

Si dixisti, hic cibus est corpus meum, vel
hæc res est corpus meum, vel istud est cor-
pus meum, vel hoc est corpūm meū, vel
hoc est corpus meus, est consecratio vali-
da, cum mutatio sit accidentalis; secus si
dixisti, hoc corpus meum; illud est corpus
meum. Hoc sit corpus meū. Hoc quod est
panis est corpus meum. Ecce corpus meū **Bonac.**
variatur enim forma substantialiter. **Bonac.**
disp.4.q.3.pun.1.

Inquires si super eandem numero mate-
riam plures Sacerdotes proferant verba,
confident Eucharistiā? Respondeatur hoc
du-

Prima pars Trilogy

dubium moueri propter usum Romanæ Ecclesiæ, ut qui Sacerdotio initiantur, con-celebrent cum Episcopo, quam consuetu-Durā. dñm. Dñr. in 4. disp. 13. q. 3. non laudat, & Gabri. Gab. lect. 6. in can. cum alijs, non multum eam approbat, eo quod sit impossibile omnes simul verba proferre. Innocentius autem lib. 4. de mysterio Missæ, cap. 25. laudans hunc ritum, omnes Sacerdotes ait consecrare, debereque suam intentionem ad idem consecrationis instans referre. Idem indi-D. Tho. cat. D. Th. q. 81. ar. 2.

In hoc dubio distinctione opus est, si omnes Sacerdotes in eodem instanti superædem materiam cum debita intentione verba proferant, omnes consecrant, nam patratio est de singulis, & hic cessat difficultas de pluribus causis totalibus ad productionem unius effectus numero concurrentibus, haec enim causalitas est tantum moralis.

Si omnes Sacerdotes proferunt verba formaliter, & cum debita intentione, ille consecrat solus, qui primo verba protulit, cæteri

Eucharistici.

9

cæteri autem nihil faciunt, quia forma Sacramentalis in star formæ naturalis se habet, quæ statim ac est operatur, nec est in potestate Sacerdotis, quo de eius effectus suspendatur.

Sacerdos cum Episcopo consecrans apud se debet intendere verba proferre secundum intentionem Ecclesiæ, hanc Laiman. ceremoniam instituentis, ita Laiman. lib. 5. tract. 2. cap. 7. & fortasse voluntas est Ecclesiæ Sacerdotes singulos debere formaliter verba proferre cum intentione consecrandi, si contingat ea simul cum Episcopo completere, qui si Episcopus non consecret, secus autem non consecrandi, sed tantum materialiter recipiendi, si post, vel ante verba proferant; & sic Sacerdotes serio admonentur, ut studeant simul cum Episcopo verba proferre. Suar. disp. 61. Suarez.

se ct. 4. cum
alijs:

B

Iesu

Iesus accipiens Calicem. CAP. IV.

Postquam IESVS Benedictus panem consecrauit, in sanctas, ac venerabiles manus suas calicem accepit. O Calix meus in Ebrianis quam praeclarus est. Calix iste sic inebriat, ut sobrios reddat, Calix iste sic inebriat, ut mentem sanet; hic Calix est in manu Domini vini meri plenus mixto, meri iustis ad vita, mixto vero peccatoribus ad mortem. O Calix fons splendoris, vas dulcoris, sed amoris. O Calix diuin*i* saporis, Marianique floris, cœlestisque roris, via, vita, da quod Philosophia tradit sanctorum, votis prestatuorum.

De fructu vitis fructum vitae Iesus in Calice proposuit: & ideo ex alia materia quam de vino de vite expresso, nec licet, nec valet fieri Eucharistia, & si sine vina viticea specie distincta. Ut indicat, Arift. 4. Metaph. cap. 11. Dummodo sit vimum verum, est matetia sufficiens. Ita

ex

ex Concil. & Sanctis PP. docent DD. & constar ex verbis Christi, non bibam modo ex hoc genimine vitis. *Math. 26*

Vnde uba agrestis cum non sit vere vinum, non est materia consecrationis. Nec sapa, quia est valde decoctum, nec acetum, quia est vinum corruptum, nec lora, quia sit ex uiceratis aqua vinaceis: nec vinum pomorum, ac malorum, quia non est de vite, nec ipse ubarum sucus inclusus in accinis, quia non est aptus per modum potus, nec vinum imbibitum in bucella panis, aut spongia, aut alio corpore poroso. Quamuis si post consecrationem imbibatur, Domini sanguis conseruabatur, hic valet, plus requiritur ad consecrandum, quam ad conseruandum.

Mistuni recenter ex vbis expessum valide consecratur, sed non licite. Valide quia est vimum, illicite, quia est in purum, & prohibitum à Julio Papa, cap. cū *Iulius* omne crimen de consecr. Itē est illicitu vti vino turbido, & impuro, quale est interdum ad delicias, ita DD. cōmuniter.

Prima pars Trilogy

De viao congelato est dubium, an sit materia consecrabilis? & quidem si post consecrationem accidat congelatio, adhuc permanet sanguis Christi, & colligitur ex Rubrica Missalis. Probabilius est valide consecrari, sed illicite. Sic docet

Scotus. *Sotus, 4. d. 9. q. 1. Suarez Yasqldug. Pitig. Cxv.*
Suarez. *alij apud Raphaelm Aversa. q. 5. sect. 5.*
Vazquez *quia vinum cōgelatum perse est materia potabilis, licet peraccidens commode potari non possit. Vnde non solueret Ieiunium Ecclesiasticum, sicut vua manducata soluerer.*

Alanus. *Contraria opinio, quam cum Alanus lib. de Eucharist. cap. ii. tenent aliqui, est probabilis propter has rationes. Primo quia vinum congelatum videtur substantialiter immutari. Secundo quia & si sit idē in substantia, non est materia potabilis. Tertio quia vinum resolutū in vase non potest consecrari. Quarto quia aqua congelata non est materia ad Baptismum; ergo nec vinum congelatum ad Eucharistiam. R. ad primū nego assump-*

tum.

Eucharistici.

II

eum. Ad secundum dico esse potabile per se quod sufficit. Ad tertium vapor vini non reducitur ad potū, & per aerem dispersus non potest demonstrari. Ad quartū in Baptismo, materia est ipsa actualis ablutio, hīc non est actualis potatio.

Iesus consecrans vinum. CAP. V.

SAcri Euangelistæ, & Paulus, sic nobis proponunt verba consecrationis vini. Matheus hic est enim sanguis meus noui testamenti: qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum; Marcus, hic est sanguis meus, noui testamenti, qui pro multis effundetur. Lucas hic est calix nouum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis effundetur. Paulus, hic calix nouum testamentū in meo sanguine. Verba diuersa, sed sensus idem & conficeret Sacramentum, qui supra dictis verbis vteretur. Credendū est singulos scriptores sacros formam sufficientem assignasse.

B 3

Non

Prima pars Trilogy

Non licet autem Sacerdoti alijs verbis quam his, que in Canone ponuntur vti, cum ita sit ordinatum ab Ecclesia. Et vide congruentiam verborum, Calix sumitur pro potu per figurā metonymicē,
D.Thom. ut explicat *D.Tho.art.3.* qui primo potest comparari ad causandum dolorem, & horrorem de passione, & ob hoc dicitur Calix, quod idē est quod passio, horror, & crux. Secundo, potest comparari ad Deum inter quem, & nos fuit confirmatio pacis, sicut erat in veteri lege sanguis vituli rufi, & ob hoc dicitur noui, & æterni testamenti. Tertiō, potest comparari ad Ecclesiam, & fidem, quæ exiuit de latere Christi, & sic dicitur misterium fidei. Quartō, potest comparari ad effectum, & efficaciam, & ad eos respectu quorum habuit efficaciam, & ideo dicitur qui pro vobis, & pro multis. *Aureol.*
d.8.q.2.art.4.

Grauis est difficultas, an sit de essentia consecrationis vini omnia illa verba que pununtur in canone, vsque ad remissionē

pecca-

Eucharistici.

12

peccatorum. Affirmat *D.Tho.art.3.* & alii, ex eius schola; sed negant alij, *cum Aten D.Thom.* se 4.p.9.33.memb.4.art.3. opinio vera est, *Alex.* solum esse de essentia illa verba, hic est Calix sanguinis mei. Primo, quia in Euāgelio habentur illa verba de corpore, quod pro vobis tradetur: sicut de sanguine, qui pro vobis effundetur, sed illa non sunt de essentia, ergo nec ista. Secundo, quia sicut in his, hoc est corpus meum consistit perfectus sensus, sic in his, hic est Calix sanguinis mei. Tertio. Quia apud Græcos, & in eorum liturgiis, non habentur, ly, æterni, & mysterium fidei, nec in Missa *D.Issidi Ecclesia Toletana.* In Missa Æthiopum cuius Author creditur Matth. Apóstolus, non habetur in remissionem peccatorum. Dicere autem in his Ecclesiis nō consecrari esset error, & Ecclesia remedium adhibuisse.

Dices, si hoc est sub opinione quid ager Sacerdos consecranti R. Debet se remittere intentioni Ecclesiae, & Christi.
Scotus d.8.q.1. intendens illis omnibus *Scot.*

B 4

ver.

D. Ifidor.

Prima pars Trilogij

Eucharistici.

13

Anoc. verbis consecrare, secundum quod Christus instituit, & ut ait *Innoc. cap. cum Marthe* credibile est Christum. D. omnia illa verba posita in consecratione calicis dixisse, licet non omnia referantur ab Evangelistis. Hinc sit, si Sacerdos moriatur fuitis verbis, hic est calix sanguinis mei, calix sub conditione est adorandus sic *Scot. apud Valent. tom. 4. disp. 6. q. 6.*

Scot:
Valen.

Si myratio in verbis consecrationis fuerit substantialis, non sit consecratio, secus si fuerit accidentalis, qualis est secundum *Dian. myratio calix, in calix;* secundum *Raphael Aversa, q. 6. sct. 2.* qui ex naturali linguae defectu dicit hic est calix sanguinis mei.

Inquires de qualitate harum propositionum, hoc est corpus meum, & hic est calix sanguinis mei. R. esse propositiones verissimas, practice, & speculativa; practice quia efficiunt quod significant, speculativa quia res est in se, ac per ipsas significatur. D. Th. art. 5. *Suar. disp.*

58. sct. 5. quiasicut prius est rem esse, quam operari, ita prius est natura quod istae propositiones sint vere, quam quod fieri operari. Vnde non recte dubitauit *Anresol. dist. 8. q. 1.* forte in illo initati, in quo *Auerso.* profertur, ly, est, fieri conuersionem, quia conuersio non potest fieri, nisi supponatur propositio vera, & vera non est, visque tota proferatur.

Ricard. dist. 8. q. 2. tenet, hoc est corpus *Ricard.* meum, id est esse ac si dicas, hoc erit corpus meum, haec autem explicatio aufert proprietatem verbi, est consignificantis verbum presens, non futurum.

Recte ergo D. Th. q. 7. 3. art. 5. & *Scot. dist. 8. q. 2. art. 3.* haec pronomina hoc, & *Scot.* hic, explicant ut non significant panem, nec vinum, nec corpus, nec sanguinem Christi, sed quid communem communitate predicationis, ad panem, & corpus Christi, & ad vinum & eius sanguinem, ita ut fiat hic sensus, contentum sub his speciebus, est corpus meum, & in verbis calicis sit sensus, hic potus, vel hic calix est sanguis meus.

Sic

Prima pars Trilogy

Sic sunt verissime istae propositiones, quia ad veritatem propositionis in rigore sufficit ut pro ultimo prolationis instanti, praedicatum conueniat subjecto, & quia in ultimo instanti verborum adest Christus, propositione est vera. Nec obstat quod ibi sit panis, cum dico, hoc, nam propositione habet significationem dependentem, usque dum finitur, & cum veritas, vel falsitas propositionis sit res indivisibilis in instanti intrinseco propositionis incipit esse vera, aut falsa, & loquens mentale iudicium dirigit ad ultimum instans temporis, quo ipsa propositione pronuntiatur, & audiens in eodem instanti, iudicat de veritate, vel falsitate illius.

Addit etiam has propositiones Sacramentales ex vi institutionis Christi significare presentiam corporis sui, & sanguinis, etiam pro toto tempore sequenti, quandiu durant species Sacramentales permanentes, & in facto esse, ut docuit

D.Thom. D.Th.art.2.

Iesus

Eucharistici.

13

Iesus consecrans utramq; speciem simul. C A P. VI.

Inter omnia memorialia Iesu precipua constat recordatione esse dignissimum, finale illud coninium sacratissimæ Cenæ, in quo piissimus Iesus corpus, & sanguinem suum sub speciebus panis, & vieni Deo Patri obtulit, ut esset representatum cruci illius sacrificij in cruce exhibiti, unde cum sub una specie id fieri non posset, sub duabus speciebus Iesus seipsum discipulis tradidit, quare Sacerdos non solum ex jure Ecclesiastico, ut docet *Nauar.* cap. 2 §. num. 91. sed diuini Nauarino ad id tenetur. *Suar.* disp. 43. sect. 5. quia de iure diuino est, ut quoties fit cō-Suar. secratio, fiat sacrificium, ut patet ex illo hoc facite in meam commemorationē. *Cōc. Trident.* sess. 22. cap. 1.

Potest autem accidere, ut Sacerdos ex cuserit consecrans sub una specie à peccato mortali. Primum casum ponit Major,

Prima pars Trilogy

ior, si Sacerdos consecraret unam speciem, ne infirmus moreretur sine Viatico. Sed hoc admitti non debet, cum Eucharistia non sit tantum necessaria, ut illius integras prætermitti possit.

Secundus casus est, si Sacerdos postquam consecravit hostiam infirmetur, ita ut non possit consecrare Calicem, non peccat, sed alias Sacerdos debet perficere. Bonac. disp. 4. q. 2. p. 4.

Tertius est, si Sacerdos postquam consecravit hostiam, fugiat cessante scandalo, quia ingrediuntur inimici ad eum certum occidendum. Quartus, si consumpta hostia, videt vini appositorum esse acetum, & non possit afferri vinum, nec inuenietur.

Quintus est dispensatio Papæ secundum aliquos apud Enriq. lib. 8. c. 23. iusta de causa, ut constar fecisse Innoc. VIII. cum Saxonis, & Innocent. IV. cum existentiibus in Norvegia. Item ex Trid. suff. 21. c. 2. habetur in Ecclesia esse potestatem variandi ea, quæ spectant ad Sacra menta, salua corū substantia, at et si conficiatur

sub

Eucharistici.

15

sub una specie, salvatur substantia Sacramenti, cum consecratio sub una specie sit in dependens à consecratione alterius.

Sed opposita opinio negans posse Papam dispensare est verior, & probabilior sic Sud. disp. 5. 5. scđt. 4. tum quia utraque species pertinet ad substantiam Sacramenti, & ad eius integritatem, tum quia non est separabilis ratio Sacramenti à ratione sacrificij, & ratio sacrificij nisi in utra que specie non conservatur. Tum denique, quia Ar mila Verbo Eucharistia dicit. Innoc. 6. voluisse dispensare, & fuisse declaratum non posse. Vnde vel illæ historiæ sunt falsæ, vel si veræ, Innoc. 8. & Innoc. 4. secuti sunt opinionē contrariā, sic pater ad rationem in contrarium.

Potes, tenetur ne Sacerdos iterum consecrare, quoties contingit, ut sub una specie appareat caro, & sanguis Christi. R. cum D. Th. q. 8. 12. art. 4. negatiè, quia D. Th. cum hoc contingat, Deo ita disponere, præsumitur Dei dispensare cum precepto consecrandi sub utraque specie.

Iesus

Enriq.

Conci.
Tride.

Iesus consecrans panem, & vinum
presens. CAP. VII.

Magna vis est in sermone Domini Iesu, magna eius potentia, quæ nec finitus tempore, nec loco limitatur, nec opere minuitur: qui solo nūcul potuit panem, & vīnum in suum corpus, & sanguinem conuertere, id verbis effecit, & qui potuit materiam absentem consecrare, presentem voluit demonstrare, ut nos duceret ad maius amicitiæ fædus: suam charitatēm declarat erga nos, prestantis se non solum videri desiderantibus, sed & palpari, & comedи, & amplecti, & totum affectum explere.

Vnde Pius Iesus usus est pronomini- bus hoc, & hic consecrans, inuens per hoc materiam non debere consecrari nisi sit presens, saltem moraliter, ita ut Sacerdos habeat moralē certitudinem materiam à se consecrandam esse ante se presentem, aut faciliter aliquo sensu

per-

perceptibilem, verē, ac propriè designabilem, particula, hoc, vel, hic, materia vero mente perceptibilis non est consecrabilis ita communiter DD.

Sacerdos intendens duplicem materiam consecrare unam presentem, & alteram absentem, intendens utramque demonstrare particula, hoc, neutra maneat consecrata, quia forma non verificatur, cum indicet materiam totalem, & dicat, contentum sub his omnibus speciebus. Nec est simile de eo qui voulit partē malum, partim bonum, quia cum ibi atē datur voluntas voulentis, obligat pars bona, at in consecrante attenditur, ut verificetur forma.

Hostia posita in alio corpore solido, ut pariete, vel simile interclusa, aut arca altaris, non reputatur præsens, ut sit consecrabilis: Secus autem si addebet coram Sacerdote velo cooperata, aut consueto vassis opercula, in Pyxide, vel vitro in ostensorio, quia adhuc est moraliter præsens, sed melius est, ut tēpore consecratio-

bis

Prima pars Trilogy

nis discopériatur iuxta consuetum ritum.

Hostia a tergo posita non potest consecrari, cum non possit demonstrari particula, hoc, secus vero si Sacerdos eam manibus teneat, moraliter enim est pre-

Bonac. sens. Bonac. disp. 4. q. 2. p. 6. quia addit posse Sacerdotem cæcum consecrare hostiam,

Soto. quam cofam se habet, & Sotus, dist. 9. q. 1. art. 2. se vidisse affirmat Sacerdotem cæ-

clum in Trideto celebrare ex Papæ dispensatione. Addit etiam ipse Bonac. ibi, materialiam consecrādam deberē esse presentem toto tempore, quo forma profertur.

Enriq. lib. 8. cap. 14. docet materiam distantem viginti passibus esse consecrabilem, quod Bonacina omnino non approbat, cum non sit designabilis particula, hoc.

Rēs est moralis, & ideo relinqua-
da est arbitrio viri prudentis, qui distan-
tiam iudicet sufficientem, ut possit mate-
ria reputari presens moraliter. Adiecit at
Sacerdos, quod materia consecrandā no-
sic extra Altare, & corporale posita, pec-
cabit enim grauiter Ecclesiæ ritum non
seruans.

De-

Eucharistici.

17

Deinde necesse est materiam conse-
crandam esse determinatam intentione
ministri: particula, hoc, & hic, non mate-
riam vagam, sed determinatā significant.
Vnde si Sacerdos tenuens decem hostias,
intendat consecrare nouem non deter-
minando quas, nihil conficeret, ita com-
muniter DD.

Si quis consecraret putans tres, aut
quatuor esse hostias, & inueniret esse sex:
hostias sunt consecratæ, quia ille error
est materialis, & intentio Sacerdotis iux-
ta consuetum modum extenditur ad om-
nem, quod est præsentis, & habet ante se, se-
cundus esset, si habuit intentionem exclusi-
vā consecrandi solum tres, aut quatuor.

Auersa q. 1. se Et. 2. Idem dic, si essent due
hostiae coniunctæ, putans esse solum unam.

Villalob. tract. 7. dif. 9.

Auersa.
Villalob.

Item si deferat plures hostias ab initio
cum animo consecrandi eas, & cum
profert verba habens illas præsentes
more conuerto intra Pyxidem super

G. la-

Prima pars Trilogy

lapidem sacrum, & corporale, & si de illis actu nō cogitet, remanent consecratae, ex intentione virtuali, & priori determinatione. *Suar. disp. 43. sect. 6.* licet dubitet *Taner. disp. 5. q. 2. dub. 1.*

Suarez.
Tanerus.

Non censetur Sacerdos intendere consecrare guttas vini, quæ sunt in parte externa calicis: secus autem ait *Bonac. q. 5. p. 5.* eas quæ sunt intra ipsum. *Suar. vero disp. 4. sect. 6.* dicit Sacerdotem intendere consecrare communiter solum partes vini continuas, non vero separatas a toto. Hoc mihi videtur probabilius.

Materia determinata ad consecrandū debet esse acomodata ad humanam notitiam, ac designationem eiusdem Sacerdotis, sic *Lug. disp. 2. sect. 7.* Eo quod pronomen, hoc, adaptatur bene, sic considerata materia. Vnde, si admisceantur duas hostias consecratæ alijs duabus non consecratis, quæ discerni non possint, vel vinum consecratum cum non consecrato, & Sacerdos consecrare intendat quod consecratum non est, Sacramentum nō con-

Bonac.

Suarez.

Zugus.

Eucharistici.

18

conficiet. Oppositum autem est probabile, quia pronomen, hoc, satis adaptatur super illam materiam, quæ re ipsa est determinata ita. *Auersa. q. 2. sec. 3.*

Auersa.

Luxta quod dicendum, quod si Sacerdos consecrare intendat solum medicamentum hostie determinans quam partem, Sacramentum conficiet. Secus vero si *Bonac.* non distinxit quam partem; ita *Bonac. q. 2. p. 5.* quia illa pars est determinata. Si intendat consecrare vinum mixtum cū oleo, intendens vinum solum consecrare, manet consecratum. Secus erit si tam viuin quam oleum se habeant per modum viuius materiae consecrandæ.

Hinc sit Sacerdoti non limitari valorem consecrationis ad villam certam magnitudinem, aut paruitatem, dummodo sit determinata, praesens, & sensibilis, ita communiter DD, cum D. *Tb. q. 74. arr. 2.* *D. Tha.* contra quosdam, quia ex nullo capite limitatur, non ex parte forme, cū possit verificari de qualibet quantitate panis, & vini, nec ex parte praesentie cum su-

Prima pars Trilogij

potam materiam esse præsentem; neque ex parte ministri, cum adsit intētio, specabit autem grauiter, si consecrat in tanta quantitate, quæ non possit oportuno tempore sumi, facit enim præter finem secundarium huius Sacramenti, sicut qui totum triticum ad unum annum simul conficeret in panes.

Vnde si daretur particula panis tam minutissima quod esset insensibilis, nullo modo posset consecrari, nam verba consecrationis debent demonstrare humano modo sensibili. Contrarium docuit Sot. in 4. dist. 9. q. 7. nica, art. 2. qui dicit, si particula minima separaretur à toto consecrato, & si esset insensibilis, maneret Christus, cui ergo non potuit consecrati sola? R. Assumptum non esse omnino certum & Concil. Trid. sect. 13. can. 3. potest exponi de speciebus diuisis modo humano, & sensibili; sed nego cōsequentiā, consecratio nō potest fieri nisi demonstrato aliquo sensibili per verbum hoc, & quidem si pars sensibilis se-

Sotns.

Eccl. Trid.

parata

Eucharistici.

19

parata à toto consecrato virtute divina daretur, licet ibi esset Christus, cum sic species panis, non autem posset vocari Sacramētum, de cuius essentia est quod sit signum sensibile Martin. dis. 19. sect. Marii 3. Hic venit plus requiritur ut aliquid non. fiat, quam vt conseruetur.

Iesus instituens Eucharistiam.

C A P. VIII.

Sic ergo, vt vidisti, instituit nobis dilectus Iesus Eucharistiam, sed attende quod circumstantiae huius institutionis plenæ sunt misterio. Instituta fuit Eucharistia in fine lunæ decimæ quartæ inchœate decima quinta luna primi mensis lunaris, qui apud Iudeos incipiebat prima luna post æquinoctium hiemale: apud nos vocatur mensis Martius, & aliquando partē mensis Aprilis amplectitur. Viscignificetur ex tunc iam incipere virescere virtutes.

C 3

In

Prima pars Trilogy

In Paschate instituit nobis Iesus Eucharistiam, qui Pascha nostrum est. b. Paul. ad Chor. i. In loco decenti fuit institutum.

D. Paul. tuta, id est in cænaculo parato Luc. 22. Luca 22. quia hoc Sacrametum nisi in loco decetti celebrari non debet. Prius discipulorum pedes Iesus lauit, quam suum corpus porrigeret, quia nisi mundus a sorde ad Eucharistiam accedere nullus presumat.

Cum corporei sumus, sub speciebus visibilibus nobis Dominus suum corpus tradidit. D. Chrysost. homil. 83. in Math. Et cum cibum, & potum, ut non esurias, appetat homo, sub speciebus panis, & vini se nobis praestat. D. Agust.

D. Aug. tract. 26. in Joan. Deinde cum cupiat Iesus nos sibi vnire, & inter nos unitate seruare, in his se nobis rebus dedit quæ ad unum aliquid rediguntur, ex multis granis vnuus panis efficitur, & ex multis racemis vnuum confluunt. D. Agust.

Cum Eucharistia sit rememoratio passionis Christi, imminente passione fuit instituta,

Eucharistici.

20

instituta, licet enim tunc Christus nondum passus fuerat, Eucharistiam tamen instituebat pro tempore securuero post passionem, ideo dixit hæc quotiescumque feceritis. D. Th. 3. p. q. 7. 3. art. 5. In ultima cæna fuit instituta, quia erat signum amoris, & ea quæ ultimo dicuntur, maxime amicis recedentibus, magis memoriae commendantur. D. Bonav. in 4. dist. 8. q. 3. D. Bonav.

Totum se nobis præstitit, quia summe magnificus est Iesus; adest donum Dei maximum, vt de datis ipsum offeramus. Intra te sumis Christum, qui summam charitatem circa te ostendit. Signum amicitie est vnum cum alio commorari in eadem ciuitate; maior amicitia est in eadem domo; maxima vnum in alio. Mayron in 4. dist. 8. q. vnicā.

Presente Iuda instituta est Eucharistia, vt ad amorem excitaret, & proditorem ferreteret, qui non erubuit corā eo adesse, qui suis tradendus æmulis, prius se tradidit discipulis. Post consecrationem protulit illa verba, hæc quotiescumque:

D. Thom.

Mayron.

C 4 fece-

Prima pars Trilogij

feceritis, & præcipiens Sacerdotibus in consecratione intendere Christum immolare mysticè, & in cruentum sacrificium offerre, simulque efficere cibum, & potum spiritualem ad animarum refectionem, quæ duo intendebat Christus fœc. Trid. cum consecrabat. *Concil. Trid. scđt. 22.*
CAP. 2.

*Iesus instituens Eucharistiam:
Sacramentum. CAP. IX.*

CVM nostrum principium, dilectus Iesus sit Medicus sapientissimus, & sufficientissimus, ideo largiendo medica menta morborum, & charismata gratiarum, non tantum instituit Sacramentum confirmationis, ut genitos augmentaret, sed etiam Eucharistiae Sacramentum, ut augmentatos enutriret. Posset quidem uno eodemque Sacramento, & augmentare, & nutrire, sicut in vita corporali, nō sunt distincta media ad augēdum, & nutriendum: id ergo egit Iesus

in-

Eucharistici.

21

instituens confirmationem, & Eucharistiam, Sacra menta distincta ad maiorem nostram uilitatem, & abundantiam beneficiorum.

Quod si D. Thom. an. I. Probat Eucharistiam esse Sacramentum distinctum à D. Th. qm. confirmatione per analogiam ad vitam corporalem, loquitur secundum quan- dam congruentiam: sicut enim in vita corporali sunt duo effectus distincti, au- geri, & nutriti, & augmentum cessat, cū homo peruenit ad perfectam ætatem, nutritio autem semper durat, sic in vita spirituali augeri, & nutriti duo sunt effec- tūs distincti, primus semel tantum sus- cipitur per confirmationem, secundus verò per totam vitam suscipi potest, sic Auerfa. *Auerfa, q. I. scđt. I.*

Videamus autem quid sit Sacramen- tum Eucharistiae? Imprimis Eucharistia non consistit in consecratione, quidquid asserat cum formidine, Gabr. in 4. dist. 8. Cœc. Flor. q. 2. ratio est, quia ex Concil. Flor. Sa- cerdos in persona Christi hoc conficit

Sa-

Prima pars Trilogy

Cōc. Trid.

Sacramentum; ac consecratio à qua est Sacramentalis conuersio, vt à cāula instrumentalī non conficitur, sed est effectuā. Item ex Trid. sef. 22. c. 1. Eucharistia est post consecrationem, sed consecratio non est post consecrationem: Itē hoc Sacramentum sumitur, ac consecratio non sumitur. Fatiemur quidem verba consecrationis esse causam effectuum tibi, & potus spiritualis nutrientis nōs non sunt autem signum practicum huiusmodi effectus, quod est necessarium ad esse Sacramenti.

Aureol.

Nec Sacramentum Eucharistiae est eius usus, nec pars essentialis illius; vt testet Aureol. in 4. dist. 8. q. 1; quia Sacramentum Eucharistiae verbis conficitur, at usus eius non conficitur verbis, sed est actio recipientis Sacramentum. Item Sacramentum Eucharistiae seruatur in sacrariis, & circunfertur in processionibus, quod usui non conuenit. Denique, quia licet Christus (in hoc se fundat Aureolus) gratiam promiserit Eucharistiā su-

Eucharistici.

22

sumenti, gratia non correspoder sump-
tioni, vt illius causae effectuā, sed solum
vt actioni causam applicanti.

V bald. rom. 2. de Sacram. totā essentia V bald.
Eucharistiae in sola Christi presentia a-
dequate consistere affirmat. Cōtra quia
hoc Sacramentum Christi corpus con-
tinet, aliquid ergo importat effigialiter
ultra Christum. Item ex Trid. sef. 3. c. 3. Conci.
commune est Eucharistię Sacramento Tride,
cum ceteris esse. Signum rei sacre; ac
præsentia Christi non est sensibilis.

Quidam apud Auersam, quest. 2. sect.
7. tenent species, & corpus Christi in re-
Auersa.
Etō includi in essentia Eucharistiae, vt Sa-
cramentum est, ratio est quia ex eisdem
componitur integrum Sacramentum, ex
quibus componitur significatio Sacra-
mentalium, at huiusmodi significatio, quę
est signum sensibile institutum à Chri-
sto ad nutritionem, non solum im-
portat species, sed etiam Iesum Chri-
stum, verumq; ergo dicit Eucharistię Sa-
cramentū. Min. P. quia sola species sine
corpore Christi nutritionē nō significat.

Ad illud quod oblicitur sacramen-
tum debere esse sensibile, quod in Eu-
charistia Christo non competit, sufficere
dicunt, quod sit una pars sensibilis, si-
cū homo visibilis dicitur, licet anima
non videatur. Si dicas Christum esse in
hoc Sacramento, & in illo contineri. R.
esse locutiones in transituas, sicut dici-
tur anima est in homine, & in eo conti-
netur.

Alii dicunt, & pro hac opinione cita-
tur *Scotus in 4 dist. 8. q. 1.* Sacramentum
Eucharistiae species dicere in recto, cor-
pus autem Christi in obliquo: ratio est,
quia species in quantum continent cor-
pus Christi, & ut est quoddam concretum
in recto dicens species, & corpus Christi
in obliquo, causant gratiam per viam ali-
menti, ergo in hoc saluatur ratio Eucha-
ristiae Sacramenti.

Ad quod nota quod Eucharistia, quod
est concretum quoddam in recto dicens
species, & corpus Christi in obliquo, ha-
bet etiam aliud signatum in obliquo,
nempe

nempe gratiam animae nutrituam, de-
scrivit *Scot. in 4. dist. 8. q. 1.* vbi Do-
ctor corpus Christi vocat gratiam substi-
tentem, quod est prius signatum in obli-
quo, gratia autem est secundum signatum,
& unum alteri subordinatum, nam spe-
cies Sacramentales prius significant cor-
pus Christi, & ratione illius gratiam ha-
bitualem, non enim species sunt signum
practicum alimenti animae, nisi ratione
Christi, qui est cibus.

Addendum est species Sacramentales
nisi cum ordine ad verba à Sacerdote pro-
lata non pertinere ad esse Sacramenti:
vt docet *Scot. dist. 8. q. 2.* Christus enim
noluit species esse signum gratiae in mo-
dum nutritionis, nisi sint consecratae, id
vero in speciebus non est aliquid reale
formale, nec virtuale, sed est quoddam de-
nominatio extrinseca de relicta à Sacer-
dote, qui verba protulit, vt causa in-
strumentalis, & à Deo vt causa princi-
pali.

Hinc fit quod si Deus ponet corp' Chri-
sti

Prima pars Trilogij

Eucharistici.

24

stis sub speciebus panis per se immediatè non haberet rationem Sacramenti, ut modo est Eucharistia, sed imperfectam tantum, quia non esset sensibile signum, inuisibilis effectus gratiæ. *Martinon. d. 28.* vide ergo quod ad esse Sacramenti pertinet ordo ad verba consecrationis, aliter nesciremus ait Scotus, quando in tali signis non est Christus, & quando non, & sic periret reuerentia debita Eucharistie.

Scotus.

*Iesu instituens unum Sacramentum
Eucharistiae. CAP. X.*

Eucharistici.

tate homogeneitatis, quia licet constituantur ex duobus, tamen in quolibet est ratio formalis Sacramenti, *Gabriel. q. 2. art. 2.* docet esse plura Sacraenta simpliciter, unum secundum quid. *Maior. q. 1.* indicat esse plura realiter, unum representatiue. *Lugus. disp. 2. de Eucha. sec. 5.* vult esse plura specificē partialiter, unum totaliter. *Lugus.*

Res est facilis, si consideres, quod Arist.

ristor. dixit 5. Met. i. ex. 9. unum dici non

solum, quod est indiuisibile, vel cōtinuum,

sed quod est perfectum, ut una Domus,

& in uniuersum, quod habet omnia, que

requiruntur ad finem rei; cum ergo Eu-

charistiae Sacramētūm sit conuiūm, per

ordinē ad conuiūm corporale exponi

debet cum D. Thom. 3. p. q. 73. *Scoto*

dis. 8. q. 1. Est ergo Eucharistia unum Sa-

cramentum, non vnitate indiuisibilita-

Scot. tis, sed vnitate integratatis, & perfectio-

nis, vel, ut alij loquuntur, est unum Sacra-

mentum formaliter, & duo materialiter,

quia tam species panis, quam vini ordi-

nan.

Aureol.

*R*es est de Fide Eucharistiana unum esse Sacramentum ex septem, quæ Christus Dominus ad nostram salutem instituit; cù autem vnitas duplex sit, specifica, & numerica, de vtraque dicamus primo quidem de vnitate specifica, de qua Aureol. d. 8. q. 1. art. 2. tenet Euchari-

stiam non esse unum Sacramentum vni-

tate integratatis, seu refectionis, sed vni-

tate

Prima pars Trilogy

habitur ad unum refectio[n]em spirituale, sicut corporale conuiuum unum dicitur, quia tam cib[us], quam potus ad uniuersam refectio[n]em ordinantur.

Hinc colligo primo; quod cum in hoc Sacramento sit duplex signum partiale, duplex erit partialis significatio. Sacramentum constituens; sicut in Baptismo duplex datur fundamentum significatio[n]is Sacramentalis, ablutio, & verba: & in Matrimonio duplex significatio Sacramentalis, quia duplex materia, & duplex forma, *Scot. in 4. aist. 8. q. 1.*

Scot.

Cot. Trid.

Colligo secundum: Laicum communicantem sub una specie sumere Sacramentum verum, & totum Christum, non vero integrum Sacramentum, quia non integrum signum sensibile. Vnde Concilium Tridentinum, *sef. 21. cap. 3.* sic dicit: ferendum est sub altera tantum specie totum, & integrum Christum, & verum Sacramentum sumi, non dixit integrum Sacramentum.

Colligo tertio: diversam esse refectio-

nem

Eucharistici.

25

nem Sacramentalem gratia ex cibo, & potu Eucharistico, respondentem analogice refectio[n]i corporali per panem, & viuum sicut enim datur in Baptismo, & confirmatione diversa gratia ad effectu regenerationis, & corroborationis: ita potest appeti, & dari per modum cibi confortatis, & vini laetificantis, sub specie painis, & vini appetitu elicito, & diversis actibus. Vide *Bazquez tom. 3. in 3. p. dis. 179. cap. 4.*

Bazqu.

De unitate numerica recte dicit *Valent. qnaest. 1. de Eucha. p[ro]p[ter]t. 1.* nec semper debere Eucharistiā dici unū Sacramentū, nec plura temp[or]e, sed ad uisitatum modū loquēdi deberē respici; si ergo consideretur plures formae secundū se, possunt dici plura individua Sacramēti Eucharistie: sunt enim plutes distinctae species & plura fundamēta significationis Sacramentalis. Da, quod unus Sacerdos duas Hostias cōsecrat, duo Sacramēta cōfecit, quid interest quod postea iungantur Holtiae, *Villalo. 1. p. tract. 7. dif. 4.*

Valen.

Villalo.

D

Si

Prima pars Trilogij

Si plutes Hostię considerentur in ordine ad sumptionem: vbi est una sumptio, ibi est unum Sacramentum. Vnde qui unica sumptione plures recipit Hostias unum recipit Sacramentum. Sicut enim in alijs Sacrementis corum unitas sumitur a gratia, ita in hoc a sumptione; & si-
cūt plures species panis, & vini compo-
nunt unum Sacramentum totale, quia
componunt unum conuiuum, & ad unam
refectionem ordinantur, ita plures
species consecratæ, siue sint panis, siue vi-
ni, si simul sumuntur, unum sunt Sacra-
mentum, quia unum conuiuum, & una
refectio. Ita Villalob. vbi supr.

Villalob. Cum Sacerdos habet in manu Hostiam diuisam, licet duæ sint species, unam appella Sacramentum, quia ad unam sumptionem ordinantur. Formulæ, quæ sunt in custodia habent se sicut unus cibus in plures portiones diuisus, qui licet secundum se sit plura Sacra menta: ordinatus ad unam sumptionem unum erit, & ad plures sumptiones, plura erunt Sacra menta.

Ra-

Eucharistici.

26

Ratione rei contentæ, quæ plura sunt Sacra menta, unum nuncupatur, vt cum plures exhortaris ad sumptionem Eucha-
risticæ, in numero singulari loqueris, ratio ne Christi, qui in omnibus Sacra mentis unus est.

*Iesus instituens excellentius Sacra-
mentum. CAP. XI.*

Volens benedictus Iesus ostendere charitatem, quam erga nos habet Eucharistiam instituit Sacramentum omnibus Sacra mentis excelētius, salubrius, & efficacius.

Tanta est dignitas huius Sacra menti, ait D. Chrys. sup. Paul. ad Chor. IO. Ut uno vocabulo comprehendendi non possit. Vo-
catur Eucharistia, id est gratiarum actio,
seu bona gratia, siue quia Christus insti-
tuendo hoc Sacramentum gratias egit,
siue quia nos illud in gratiarum actionē
sumimus, & offerimus; siue quia ipsum

D 2 Sa-

Prima pars Trilogy

Sacramentum est maximum Dei beneficium, siue quia tam frequenter conferit nobis gratiam, tanquam Fons perennis gratiae, siue quia præfigurat gloriam, quæ est gratia consumata. Panis viæ vocatur Ioa. 6. quia in manducante supponit vitam gratiae.

Vocatur per anthonomassiam Sacramentum, quia Sacramentorum est maximum. Dicitur communio, græce synaxis, quia per ipsum cōmunicamus Christo, & ad inuicem cōmunicamus, & vnimur. Dicitur conuiuum, in quantum mentem satis, viaticum, quia vires præbet, ut ad gloriam perueniamus. Vocatur sacrificium, quia immolatur verus Christus. Holocaustum vero, quia est vnicum legis Evangelicæ sacrificium. Vocatur corpus, & sanguis Christi, quia id continet. Sacramentum omni laude maius: numquam satis laudatum, nec satis prædicatum.

Excelentia huius Sacramenti etiam manifestatur ex eo, quod in eo magis quam

Eucharistici.

27

quam in alio Sacramento, relucent sapientia Dei, Misericordia, judicium, liberalitas, & prouidentia: sapientia, quia sapientissimus Medicus nostræ sic ægritudini conueniens adaptauit medicamentum, ut quia per cibum in mortem Homo corruerat, per cibum relevaretur ad vitam. Vrb. 4. in Clem. Vnic. de reliq. & Urban. venerat sanct.

Apparet potentia, quia Eucharistia est miraculorū a Deo factorū maximū. D. Th. opus. 57. Misericordia, quia dulcis, & rex Dominus nos carnibus suis alit, & se ipsum nobis apponit nos omnes generosos esse volēs. D. Chri. Hō. 61. ad Pop.

Antio. ludicum, quia qui iudicē sumit, iudicium sibi manducat, & bibit. 1. Corint.

11. liberalitas, dum omnia tribuit, omnia dignè sumētibus largitur, quia ut ait Philo. lib. de somn. Secundū naturā conuenit Deo dare totū quod habet. Prouidētia, quia ad eā pertinet cibum viuentibus præbere: escam dedit timentibus sc. Psal. 110.

Psal. 110.

D 3

Omnies

Prima pars Trilogy

Scot. Omnes Christi fideles excellentiam huius Sacramenti considerantes, ad eius dignam susceptionem sc̄ preparant, audi *Scot. disp. 8. q. 1.* omnis deuotio in Ecclesia est in ordine ad istud Sacramentum, propter hoc enim Clericus cum maiori deuotione persoluit diuinum Officium in ordine ad Missam. Propter hoc etiam populus deuotiū audit Missam, quam aliquod officium Ecclesiasticum. Propter hoc etiam singuli cum maiori diligētia confitentur, quando intendunt secundum ordinem Ecclesiae, saltē semel in anno, communicare.

Excedit Eucharistia alia Sacra-
menta, ait *Scot. dist. 8. q. 1.* Primō, quia simpliciter est veracissimum in significādo. Alia Sacra-
menta sunt vera quantum est ex se, at quandoque non habent effectum ex defectu suscipientis; hoc numquam careret suo signato. Secundō, quod significat hoc Sacramentum, continet realiter, alia non. Tertiō, alia Sacra-
menta significant gratiam in herentem suscipienti; hoc sig-
ni-

Eucharistici.

28

nificat gratiā subsistentē, scilicet Christum. Quartō, alia Sacra-
menta cōsistunt in v̄su, & in fieri, & hoc cessante cessat Sa-
crumentum; sed hoc Sacramentum est
permanens, & ante v̄sum.

Eucharistiam definiuit *Scot. loc. cit.* hoc modo. Eucharistia est Sacra-
mentū corporis Christi, & sanguinis veraciter
contenti sub speciebus panis, & vīni post
consecrationem factā a Sacerdote sub
verbis certis cum debita intentione pro-
latiſ ex institutione diuina veraciter sig-
nificant corpus Christi, & sanguinem
sub eis realiter contineri.

Alias diffinitiones Eucharistiae vide a-
pud Recentiores.

*Iesu instituens Sacramentum Eu-
charistiae ad salutem necessarium.*

CAP. XII.

**JESVS Pastor bonus, qui Animam
suam pro omnibus suis posuit, eis in vi-**

D 4

ti-

Prima pars Trilogy

timæ cæna corpus suum in cibum, & sanguinem suum in potum misericorditer dereliquit. Iesus panis est noster, igne Spiritus sancti in cibario uter virginalis coctus, & formatus, & mundo ad pellendam famem datus summa liberalitate, accipite (inquit Iesus) & manducate, cibus iste cibus est eternæ, non consuetæ vitæ. Accipite (inquit Iesus) & bibite, sanguis iste sanguis est eternæ, non consuetæ vitæ. Accipite (inquit Iesus) & bibite. Collige huius cibi necessitatem ex verbis illis: nisi manducaveritis carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis. Ex Dei præcepto exige necessitas huius panis omnibus Adultris, & non ex solo præcepto humano. Ita communiter DD.

DD.
D. Aug. Inocen. 10. D. August. inuenieris Sacram
Innoe. Eucharistiæ esse necessariū infantibus, intelligendi sunt de participatione huius Sacramenti aptitudinali, non actuali, quam acquirit infans per susceptionē baptismi,

Eucharistici.

29

mi, per quæ Ecclesiæ membrum efficitur, & Christo incorporatur, eiusque spiritu vivificatur, ut possit cibo tali nutritri suo tempore opportuno.

Aliqui autem DD. cum Caiet. 3. p. q. 73. art. Caiet. 3. tenent Eucharistiæ esse medium necessarium in voto ad ipsam primam iustificationis gratiam, nam non esse necessariam in re eius susceptione, est apud omnes certum. Existimat enim hic DD. media per se necessaria ad salutem non iustificare, nisi agendo vicarium Sacramenti Eucharistiæ, & in eius virtute dare primam gratiam. Citatur D. Tho. q. 73. art. 3. D. Tho.

Sed contra: quia non dixit D. Thomus, fuisse necessarium, nam per actus virtutis, maxime charitatis, anima Deo grata numerari potest, & a contrarijs defendi, licet non tam utiliter, quam per Eucharistiam.

Alij dicunt esse medium necessarium ad salutem, Eucharistiam, quia nos vivit cum Christo. Vnde eisdem verbis significauit Christus necessitatem huius Sacramenti. Ioann. 6. ac signi-joa. 6. sic sicut

D 5

Prima pars Trilogij

Ioan. 3:1

ficauit necessitatem Baptismi Ioan. 3. Sed contra, quia gratia nos vnit cum Christo sufficienter, licet consumaté, & perfecté, id efficiat Eucharistia: & hæc consumatio non est simpliciter necessaria ad salutem. Quæ Christus dixit apud Ioan. perpende: nam locus de Baptismo intelligitur per modum generalis constitutionis, nisi quis, &c. Alter verò fuit per modū præcepti directus ad audientes: nisi manducaueritis, &c. ad capaces audiendi, & suscipiendi obligationem præcepti.

Sed reuera contrarium est tenendum, nempe Eucharistiam non esse medium necessarium ad salutem, etiam in voto. Colligitur ex Conc. Trident. Can. 5. vbi duo ponit media necessaria ad salutem, Baptismum, & poenitentiam. Doctrinaliter loquens mentionem non fecit de Eucharistia. Duo etiam dicta Sacramenta esse necessaria solum ad salutem docuit, D. Thom. q. 6. 5. art. 4. quem sequuntur communiter DD. Stuar. Vazq. Lug. Villadob. tract. 7. dist. 34.

Conci.
Tride.

D. Thom.
Vazq.

Eucharistici.

30

Ratione suadetur, quia ad consequendam vitam eternam, solum est necessaria gratia, & perseverantia in ea; hec autem per Baptismum, & poenitentiam datur sine dependentia Eucharistie, & perseverantia per speciale auxilium conceditur, quanquam multum iuuat Eucharistia. Quod autem dicunt aliqui, Eucharistiā habere effectum generalem præter specialem in effectus omnium Sacramentorum, ut Sol respectu causarum secundarum inferiorum, nec in sacris litteris, nec in Conciliis, nec in Sanctis PP. habet fundamentum.

Nota ex Arcadio, lib. 3. de Sacram. cap. Arcud. 47. aliud esse, esse necessarium ad salutem in voto, & aliud esse necessarium votum ad salutem: primum cadit immediate in ipsam rem, vi cuius salus acquiritur; secundum verò fertur immediate circa actum meum, ut meus est, & liber: Baptismus est necessarius in voto, quia si actu non ponatur, debet suppleri per desiderium, vel per aliud, veluti per Vicarium cum speciali

Ra.

Prima pars Triologi

ciali obligatione suo tempore ponendus, & vi huius voti datur salus. Precepita autem diuina non sic habentur in voto, quia necessitas seruandi præceptum diuinum tantum est immediate circa meam voluntatem, & non circa ipsam rem, facitque ipsam voluntatem esse necessariam ad salutem non ipsam rem. Vnde in tantum facit rem mihi esse necessariam, in quantum facit actum meum necessarium circa rem. Nota hoc, & solues plura argumenta.

Iesu ministrans Sacramentum Eucharistiae. CAP. XIII.

SVprenus ille Dominus Patris unigenitus, qui in mundum veniens, non veni, inquit, ministrari, sed ministrare, & animam meam ponere pro multis, & sibi ipso, & Apostolis tanquam Episcopis, qui futuri erant Præfules in Ecclesia, sedentibus in mensa, suum Corpus,

Eucharistici.

31

pus, & sanguinem ministrauit. Accepit ergo Iesus panem consecratum, & de Calice bibit, ut quod obseruare mandabat, suo exemplo commendaret, & qui talibus epulis alios pascebat; ipse quoque cum illis participaret. Vide dignitatem Eucharistiae, qua uestis fuit Christus, & quandam delegationem suscepit, licet non gratiam habitualem. D. Thom. q. 81. art. 1.

D. Thom.

Attende etiam exemplum Christi ostendit iustitiam, cum non excluderet a publica communione Iudam peccatum occultum. Scio aliquos dixisse Iudam non recipisse Corpus Christi, ut Hilar. can. 3. in Mathe. sed oppositum est Hilar. commune inter S. PP. & DD.

DD.

Sicut Christus in ultima cena Apostolos Sacerdotes ordinavit ad conficiendum suum corpus, & sanguinem, ita eos fecit ministros huius Sacramenti, ut sumant, & dent ceteris. Olim erat concessa Diacono dispensatio sanguinis, cum immediate illum non attingeret, sed iam haec consuetudo cessauit; nunc autem

Prima pars Trilogy

Alex.

autem in casu urgentis necessitatis ex commissione Episcopi, aut Parrochi, licet illi Eucharistiam administrare, Alex. Alen. 4. q. 50. mem. 3. lmo, & si non adesset Parrochus posset ex licentia presumppta infirmo ministrare. Quod subdiacano in null-

Villalob. In casu licet. Villalob. traEt. 6. disp. 46. Nota vero, quod si Diaconus defert Sacerdoti Viamicium, ipse Sacerdos moribundus debet manibus propriis sumere hostiam. Duran. in 4. disf. 13. q. 4. qui Sacerdos, inquit Homobonus, prima par. trac. 4. cap. 13. potest, si est magnum festum, & non potest celebrare, nec adest Sacerdos, & cessat scandalum, causa deuotionis se ipsum cōmunicare: quod non admisit Filiutius, hom. 1. tract. 4. cap. 9. nisi vrgēte necessitate.

Filiuc.

Licere Sacerdoti dare particulam nō consecraram peccatori occulto ad vitandum scandalum. Docuit Bonau. 4. disf. 9. Villalob. art. 1. & Villalob. idem docet traEt. 7. disf. D. Thom. 38. contra D. Tho. q. 8. art. 6. quia talis simulatio non est ex se mala, vrgente ne-

ces-

Eucharistici.

32

cessitate, cum Sacerdos ad euitandum scandalum absoluere simulet. Si ergo cōmunicans scit non esse consecratam, & esset moraliter impossibile ab aliquo videri, & adorari hostiam nō videtur mihi illicitum.

In casu necessitatis potest Sacerdos, deficientibus formulis laico dare partē Palud. Hostię consecratā. Palud. in 4. disf. 12. q. 1. extra necessitatem autem fieri non consulerem, cum res sit inusitata, & præter communem Ecclesiæ morem.

Cū Sacerdos extra Missam ministrat Euchalistiam, debet esse indutus habitu Sacerdotali, ut potè cotta, & stola: & defferens ad infirmos debet procedere cū comitatu recitando Psalmos, & ponat in vase duas particulas, vnā infirmo dandā, alteram cū regrediatur, adorandam.

Sub opinione est, an ministrās Euchalistiam in peccato mortali peccet mortali liter. Respondetur cōmuniter quod sic. D. Tho. in 4. dist. 5. q. 2. art. 2. Vazq. Vero 3. D. Tho. p. 2. om. 2. disf. 136. cap. 3. cū aliis oppositiū Vazq.

te-

Prima pars Trilogij

33

tenet, quia talis non est proximus Dei Minister, nec efficit Sacramentum, & qui Christum in terris agentem in peccato attigisset, non peccaret mortaliter. Sed potest reponderi Sacerdotem modo attingere Corpus Christi, præcipue cum ministrat alijs, in signum amicitie, & unionem cum Christo, quod non accidebat in eo, qui Christum tangebat, cum inter nos viceret. Vtraque opinio probabilis, sed prima probabilior.

Plures modos ministrandi Eucharistiam ponit Diana s.p. tract. 3. resol. 50. Sed fere omnes sunt contra usum Ecclesie, & contra reverentiam Sacramenti tanti; & ideo non sunt reducendi ad primum.

Non solum est interdictum laicum esse ministerum consecrationis respectu Eucharistie, cum careat charactere, sed collationis, & si olim laicis licebat. Unde regulariter non potest distribuere Eucharistiam, nisi in his casibus: Primo in necessitate potest se ipsum communicare,

Eucharistici.

care, si esset in articulo mortis, sicut fecit Regina Scotie martyrum subitura.

Layman lib. 5. trac. 4. cap. 7. Secundo potest in articulo mortis laicus alium communicare secundum opinionem, quam reputat probabilem Valen. rom. 4. dis. 6.

quast. 10. Tertio: se ipsum potest communicare, ne veniat Eucharistia in manibus infideliuum, a quibus indigne tractetur.

Gran. in 3. p. contr. 6. tract. 52. disp. 1. contra Lugum disp. 19. sext. 1.

Hic occurrebat disputandum an aqua mixta vino convertatur in sanguinem Christi. Quidam dicebant aquam insusam vino converti in aquam illam, quem simul cum sanguine manauit ex Christi latere. Alij asserebant permanere in sua substantia. Alij converti in sanguinem coniunctum sanguini. Alij aquam in sua substantia simul cum vino converti immideate in Christi sanguinem. Hec opinio alijs exclusis modo permititur. Sed communiter docetur aquam converti in vinum priusquam convertatur in sanguinem.

Layman.

Valent.

Granado.

Lugus.

vide plures apud Anversam

Gonc.
Flor.

Prima pars Trilogij

nem. Id commendat Innoce. ut proba-
bilis c. cum. Martb. Item ex Floren. ma-
teria consecrationis sanguinis est vinum
cum modicissima aqua ergo indicat so-
lum vinum esse materiam, non aquam,
quæ nec ex necessitate Sacramenti, nec
ex iure diuino debet apponi, ut docet.

Sco. 4. d. 11. q. 6. Sed Ecclesiastico.

Vide Auersam. q. 2.
sect. 5.




SE.

SECVNDA PARS

34

IN QVA AGI-
TVR DE SACRA-
MENTO EVCHARISTIÆ,
VI SACRAMENTVM,
ET RES EST.



Xpedita prima
parte le Fieha-
ritia, ut Sacra-
mentum tantu-
m est : ad altiora,
& difficulta-
tē vocat secu-
da pars. Est e-
pum de conser-
vatione mirabili panis in Corpus Christi.
Ad cuius intelligentiam mens accedens
sublimis debet esse, & cupa terra nihil
habere commune. Preuitas, quā intendo,

Ecclesiastico

Secunda pars Trilogij

Math. 3 cap. 17. non sinit diu immorari, sed nec materia patitur non declarari. Ineffabilis est haec conuersio; nec curiosa scrutatrix tantæ maiestatis fieri debet ignorantia humana. Hinc est quod ego pauper ingenio, imo pauperrimus, tam scientia, quam eloquentia aggredior ad explanandum tanq[ue] mirabilem conuersiōnem, captiuas intellectum cum D. Paulo in obsequiū fidei, & flexis genib[us] adoro cælestē cōuiolum, in quo est.

Iesus præsens in Eucharistia.

CAPIT. I.

Eccl[esi]a Chatholica per vniuersum orbem longè, latè que diffusa firmissima fide tenet in Eucharistiæ Sacramento contineri verè, realiter, & substantialiter corpus, & sanguinē vna cum anima, & diuinitate Domini nostri Iesu Christi.

Iesu verba considera: si impiuū est figura

Eucharistici.

35

ram ponere, & de vero filio Dei dubitare: cum Pater dixerit, hic est filius meus dilectus, impium etiam erit dubitare de vero corpore Iesu sub speciebus panis: cum ipse dixerit: hoc est corpus meum. Nec potuisse clarius verbis exprimere suum esse corpus, quod demonstrabat.

Si solum figuraliter loquebatur, cur addidit, quod pro vobis tradetur? Et si hoc mysterium negatur, quia ratione naturale non comprehenditur, cur conceduntur alia mysteria incomprehensibilia, & inscrutabilia: si in aliis mysteriis captiuas intellectum in obsequium fidei, cur hic non te subiicit fidei, quam tantis testibus roboratam videt?

Si solus est panis, quo corpus Christi significatur, cur Eucharistia manna ^{Ioā. 6.} praeponitur, quod de celo descendit? præstantius fuisset manna Angelicis manibus præparatum, nostro pane a solo pistore furno cocto.

Si dixit, hoc facite in meam commen-

E 3 mo-

Secunda pars Trilogy
morationem, statuit ergo legem de factio Missæ, legislator autem legem condens propriè, & clarè, & nō tropicis verbis loqui debet, ne lex violetur.

Nec impossibile iudicari debet hoc misterium, si cibus, & potus sit caro, & sanguis mediante natura, qui fortior est ipsa natura, poterit converttere panem in corpus Christi, & in eius sanguinem vinum.

Si vidua Sereptana comedebat, & nū
3: Reg. 17. quā farina diminuebatur de hidrya : stat ergo, quod Christus quotidie sumatur, & comedatur sine diminutione.

Si eadem quantitas potest priuari hoc, & illo loco ; quāvis confusus sit in aliquo, poterit Deus facere, quod corpus quantum priuetur quantitatua loci repletio.
Scot. ac ne. Scotus.

Si media condensatio naturaliter potest fieri, ut corpus, quod prius fuerat extensum per grande spatum, illud que replebat : postea continetur in spacio breviori secundum opinionem probabi-

biliorem ; cur Deus sine condensatio non poterit collocare corpus magnū in minori, & minori spatio non extenso sine villa extensione locali ? *Suarez, disp. 48. Suarez.*
Quid autem sit hęc præsentia corporis Christi in Eucharistia videamus. Hęc præsentia est aliquid reale in rerum natura existens, quia est effectus actionis realis. Est quid positivum, quia effectus formalis huius præsentiae, scilicet Christum esse præsenter in Eucharistia, est quid positivum. *Suar. disp. 47. sect. 1. Suarez.* Est aliquid intrinsecè superadditum corpori Christi, quia intelligi non potest, quod corpus Christi sit realiter præseatis loco speciem, ybi antea non erat, nisi mutatione aliqua facta in corpore Christi. *Scot. in 4. dist. 10. q. 1. Scotus.*

Est distincta ab ipso corpos Christi, quia manente substantia corporis Christi integra, & omnibus accidentibus, quae in ea habent separatur ab ipso corpos prædicta præsentia: distinguunt ergo realiter, cum separatio realis arguat distinctio.

Secund pars Trilogy

Scot. Cionem realem. Scor. Vbi sfp.

Corpus Christi dū sit præsens accide-
tibus mutatione acquisitiva mutatur, il-
la quē simplex presentia est terminus ad
quem. Scot. Vbi sup. post consecrationē
enim est vera hæc propositio corpus
Christi est sub accidentibus, & antea nō
erat vera: op̄pet̄ ergo, quod corp̄ Christi
mutatione reali à non prælenti in eis
translat ad præsens sub illis, cum non sit
transitus à contradictione in contradic-
torium, quantum ad aliquid prædicatum
reale, quin sit aliqua mutatio realis.

Dixi corpus Christi mutari mutatione
acquisitiva, nam mutatione deperditiva
nullatenus mutatur iuxta illud. D. Aug.

D. Aug. donec finiatur sacerdotum sursum est Do-
minus.

Suar disp 47. sess. i. tenet præfatā præ-
sentiam non esse rem distinctam à cor-
pore Christi, sed fieri præsens per præ-
sentiam entitatiū; quia putat prædi-
camentum vbi non esse rem distinctam
à suo fundamento. Sed id est negādum,
cum

Eucharistici:

37.

cum decem prædicamenta dempto pri-
mo sint accidentia realia distincta inter
se, & vbi est relatio extrinsecus adue-
niens, vt in logica dixi.

Iesus in Eucharistia ab hereticis blas-
phematus. CAP. II.

Non solum benedicto Iesu in Cruce
Iudæi insultaverunt, sed modo he-
retici inutere cūdīsitvis blasphemis exi-
stentiam eius in Eucharistia negant. Sed
si ab Hereticis Iesus blasphematus, a Ca-
tholicis Iesus defensatus. Perpende ar-
gumenta triuola.

1. Eucharistia panis dicitur: ergo 104.6.
panis est R. Panis dicitur, sed cum ad-
dito non à pistore in furno coctus. Sed
qui de Cœlo descendit, vt intelligas
non esse communem panem, sed singu-
larem.

2. Indignum est corpus Christi im-
purorum hominum manibus tractari.
R.

Secunda pars Trilogy

R. Charitas Dei laudari debet, qua suos ita diligit, ut etiam ad suos dilectos per manus imperiorum hominum veniat, quasi si pius amicus, qui per loca montosa, & luctum ad amicum venit.

3. Indignum est etiam, ut a malis Iesus sumatur, & in stomacho recipiatur. R. Sicut Sol transiens per loca fætida, & im- munda non coquuntur, sic Christi cor- pus a malis sumptuum non coquuntur, nec est in Eucharistia sub modo, ut illa indecentia patiatur.

Math. 16. 4. dicitur pauperes semper habebitis vobiscum: me autem non semper habebitis. R. Christus loquitur de præsentia visibili, non de Sacramentali.

5. Iesus accepit panem, sed quod accepit dedit, ergo dedit panem. R. Incepit consequentia, ut si dicas, Ioannes comedit quod emit, emit carnem crudam, ergo comedit carnem crudam.

1. Cor. 10. 6. 1. ad Chor. 10. dicitur Hebreos co- medisse eandem escam spiritalem, & bibisse eundem potum nobiscum. R. It-

Eucharistici.

38

Iud nobiscum addunt haeretici, & si hoc viderur assertere, D. Aug. tr. Et. 26. in Ioa. D. Aug. ad sensum mysticum deflebitur.

7. Cum Christus dixit, hoc est corpus meum, pronomen, hoc, panem demonstrabat, & hoc dixit esse suum corpus. R. Dixi I. p. cap. 9. pronomen, hoc, demonstrare id quod continetur sub speciebus abstractis ab hoc, quod est panis, aut Christi corpus, ita ut referatur ad illud instantis, in quo tota propositio est pronunciata.

8. In hac propositione semen est verbum Dei, vocula, est, idem valet quod significat, idem dicendum de hoc, est corpus meum. R. Non posuit Christus pronomen hoc, ipse que se exposuit loqui figuraliter.

9. Sensus nostri nihil preter panem percipiunt. R. Obiectum nostri sensus non est substantia, vel corpus, sed qualitas corporis externa, color, sonus, sa- por, odor, sub his alienis accidentibus est Christi corpus.

lud

10

Prima pars Trilogy

10. Susceptio Sacramenti deber esse suo fini conformis; at finis huius Sacramenti est spiritualis, nempe nutritio animæ, fide ergo sola, & modo spirituali est sumendum corpus Christi. R. ad sumendum probas nudam externam Sacramenti perceptionem non sufficere, sed requiri ad eius fructum fidem.

11. Omnes fructus, quos potest causare Christus existens in Eucharistia realiter, potest causare solum existens figurè, ad quid ergo stat realiter? R. alio modo potuit nos nutrire, congruum autem fuit, ut hoc fieret sub similitudine nutrimenti corporalis, ut excitaret ad devotionem, & reverentiam tanti Sacramenti.

12. Ut quid adoratis, dicunt hæretici, quem Apostoli nocte cænæ non adorauerunt, & suscepserunt? R. Vnde tu, hæretice, colligis, quod Apostoli non adorauerunt Eucharistiam. Dubium nō est, quin summa reverentia hunc ci-
būm

Eucharistici.

bum acceperunt, quem adorauerunt omnes pingues terre.

13. Olim Eucharistia deferebatur in domum sæcularium sine reverentia, ut quid disertur reverenter per plateas? R. Deferebatur quidem presertim persecutionum temporibus, quando ritum non erat frequenter ad communionem in Ecclesia conuenire; sed magna reverentia Eucharistia asseruabatur. *Vide Aug. ser. 251. de temp.*

39

Psal. 22.

Aug.

Iesus in Eucharistia adoratus.

C A P. III.

NO S igitur adoremus Iesum in Eucharistia, quem Cherubim, atque Seraphim in cælis incessibili voce proclamat Sanctus, Sanctus, Sanctus. Edent pauperes & saturabuntur, & laudabunt Dominum, qui tequirunt eum.

*Vide in sancta hæretico*rum*. Aliqui admittentes Christi in Eucharistiā presentiam negant*

Ezai. 6:

Psal. 111.

Secunda pars Trilogy

negant illi reverentiam, quasi non esset ibi, ut adoretur sed ut manduceretur. Insani, qui adorat Regem, non adorat purpuram; immo interdum actio immediate versatur circa aliquid huiusmodi, ut de osculari vestem principis. Adoramus ergo Eucharistiam ut quid constans ex corpore Christi, & speciebus sensibiliibus: cum enim species sint coniunctae Christo, eadem adoratio in Christum tendit, & in species. De hoc in materia de adoratione.

Inde si species per se considerentur, & mente veluti prescidantur, & si adoranda sunt, non quidem illa adoratione perfecta, & absoluta, qua totum Sacramentum colitur, sed minus perfecta, & respectuua, quasi res sacra per coniunctionem ad Christum sanctificata.

Nec adores Eucharistiam sub condicione, quia sufficit moralis certitudo, & si possit contigete ibi non esse corpus Christi ex aliquo defectu essentiali; immo quin etiam cum absoluis penitentem sub

Eucharistici.

40

sub conditione deberes absoluere ita communiter DD. Solum debet apponi conditio cum occurrit aliqua specialis ratio dubitandi. Et si D. Bon. d. 14. art. I. D. Bon. q. 10. D. Tho. dist. 9. q. 1. contrarium docet, D. Thom. sive intelligendi de conditione implicita, quia si scires ibi non esse Christi corpus, non adorares Eucharistiam.

Diligenter attende: ut nihil contra hoc Sacramentum indignè agatur, ut reverenter tractetur, ne quidquam decidat, aut desperdatur, ut cū decore custodiatur, dispensetur & ad infirmos deferratur, ut sic Deus a nobis glorificetur, & populus ad devotionem exciteatur.

*Iesus in Eucharistia cum pane non so-
ciatus. CAP. III.*

HIC iam pax nitet; ubi ingeniorum diuersitas licet posuit. Definitur enim in Tridentino, præter accidentia panis, & vini nihil de pane, & vino manere in Eucharistia. Seff. I. 3. cap. 4. ratio est,

Prima pars Trilogij

Eucharistici.

41

est, quia ex concilio tota substantia panis conuertitur in substaniam corporis Christi. Ergo nihil manet substantię panis; imo implicat quod aliqua res permaneat, & fiat alia res, quare hæc mirabilis conuersio transubstantiatio appellatur. Ita D.Tho.q.75.art.2. & Scot.d.1.i.
qwest.4.

D.Tho.
Scot.
Marsil.

Vnde grauiter errauit Marsil. lib. i.
Phys. q. 7. dicens non remanere eadem
accidentia panis, & vibi, sed mutari na-
tura, non secus, ac si natura humana mu-
taretur in aliam speciem. Iosuriam facit
sensibus eadem iudicatiibus hæc opinio.

Errauit etiam quidam Ioannes Par-
taa. Par. siensis putans manere panem, & vinum
unita hypostaticè Christo, quia hæc unio
non fit immediate cum corpore Chri-
sti, cum careat propria subsistentia, qua
possit terminare panem, nec cum ipsa per-
sona verbi ex vi verborum, in eis enim
nulla sit mentio verbi, nec per concomi-
tantiam, quia necessarium erat, ut ante
consecrationē panis esset unitus corpori
Christi.

Et

Et si aliqui S. Patres exēplo Incarnatio-
nis exponunt mysteriū Eucharistię, non
ponunt omnimodā similitudinē, sed vo-
lunt, quod sicut in Christo est duplex na-
tura, sic in Eucharistia est natura corpo-
ris Christi, & natura accidentium.

Errauit etiam Duran, dicens, q.3 d.1.i.
manere materiam printant anima Chri-
sti informatam. Esset enim corpus Chri-
sti existens in Eucharistia diversum ab
eo, quod pro nobis passum est, cuius co-
staret diversa materia.

Nec defuit qui asseverer remanere sub-
sistētiā panis, ut Gofretus quodl.8.q.16.
& esse probabile manere existētiā do-
cuit Bæz p.p. q.4. ar.2. sed id postea re-
tractauit in secunda editione, vtrūq; im-
probabile, cū tā existētiā, quā subsistē-
tiā in omni opinione nō sint accidentia,
quæ per se posint cōseruati, nisi dicas in
hætere in corpore Christi, aut in accidē-
tibus, quod dici nō potest.

Inquires posset ne manere substantia
panis cū corporis Christi præsētia. R. Mi-
nime;

Durand.

Gofret.

Bæz.

Secunda pars Trilogij

Eucharistici.

42

Scot.

D. 10 q. 3
sect. 1.

nime, ut modo est instituta Eucharistia, quia de facto substantia panis transit in corpus Christi: ergo non manet substantia panis, implicat enim terminum a quo manere cum termino ad quem: at possibile fuit alio modo institui, vt manente substantia panis esset sub accidentibus corpus Christi, cum præsentia indivisibilis corporis Christi no dicat formalē repugnantia cum præsentia divisiōi substantiae panis; tunc verō alia esset ratio Sacramenti, quia ratio signi caderet super accidentia unita substantiae panis, quod modo non accidit sic Scot. d. 11. q. 3.

Dices pro nomine, hoc, no cadit super substantiam panis expulsam (eu expellēdā, sed super corpus Christi sub accidentibus: ergo eadem esset ratio Sacra menti tuc,

ac modo. R. cum Yribarne quod verba accipienda sunt secundū pro priā significatiōe. Hęc verba, hoc est corpus meū, formaliter, & ex prima Dei institutione solū significant corpus Christi: contineri

sub-

sub accidentibus panis, materialiter vero inserviant substantia panis inde recedere, & corpus Christi, vt separatis contineri: vt si Deus diceret: Petre accede ad locū Francisci, hęc verba significant formaliter accessū Petri ad locum Francisci, & materialiter recessum Francisci, licet aliud possit contingere.

Dico ergo quod si corpus Christi permanetur sub accidentibus panis simul cum eius substantia, per hęc verba, hoc est corpus meū, formaliter significaretur existentia Christi sub speciebus, materialiter vero recessus substantiae panis: licet propter decretum Dei illa significatio frustaretur sua veritate, sicut modo accidentia consecrata naturali significatione indicant substantiam panis, cū tamen hęc significatio sit destituta sua veritate.

Si ergo prædicto modo Eucharistia institueretur, tota veritas significationis supernaturalis præstite a Christo ipsis verbis vere saluatetur, vt docet Scotus

F 2 non

Scot.

Secunda pars Trilogij

non autem tota veritas, quā à natura ha-
bent ipsa verba, quando quidem mate-
rialis significatio frustraretur suo signa-
to, cuius modi est recessus panis, at vi-
modo est Eucharistia instituta, non soli
veritas significationis supernaturalis sal-
matur, sed veritas tota, quam à natura ha-
bent ipsa verba, quia recedit substantia
panis, & sic diversa est ratio Eucharistie,
vt modo institute, ac ut possibilis institui.

Hinc duo colligo, primo verba conse-
crationis in vero sensu ab Ecclesia intel-
lecta in cap. firmiter credimus de summa
Trinitate excludere substantiam panis,
quia includunt veritatem totalem nem-
pe existentiam corporis Christi, & rece-
sum substantiae panis, sic *Scot. d. 1. q. 3.*

Secundo quod salua veritate partiali
huius Sacramenti, vt de facto instituti,
nempe existentia corporis Christi posse
Deus simul cum corpore substantia pa-
nis conseruare, non autem salua veritate
totali, quia deficeret materialis veritas
nempe absentia panis, & hoc voluit *Scot.*

*Cap. firmi-
ter.*

Scot.

Scot.

cum

cum dixit salua veritate verbotum con-
secrationis posse conseruari substantiam
panis cum corpore Christi, intellige de
veritate formali, & partiali, non totali, &
materiali.

Jesus in Eucharistia accidentibus
velatus. CAP. V

Verè Deus absconditus, verè Jesus,
qui verus Deus, & homo est sub ve-
ris accidentibus velatus; vt fides nostra
locum habeat, nobis proponitur sumē-
dus. De quibus dicendum est sive subje-
cto manere; cum ibi non maneat substâ-
tia panis, nec in corpore Christi, quod
est modo indivisiibili, recipi possint, nec
aere circumstanti, cum non sint in eodem
loco, ubi est aer, cum potius ratione suæ
quantitatis expellant aarem à suo loco.

Veritas hæc de fide est, si inrelligatur
de proprio subiecto, nempe substantia
panis, & probabilius est etiam de quo-

F 3

cum-

Secunda pars Trilogij

Eucharistici.

44

Soto. cumque extraner, vt docet Soto d. 10. q.
Cōc. Cōf. 2. art. 1. quia in Concilio Constantini se-
sio. 6. damnatur Vviclef, qui aiebat acci-
dēntia panis in Eucharistiā non man-
re sine subiecto, qui articulus pro hære-
Cornejo. tico habendus est, licet alii vt scanda-
lossi damnentur. Sic Cornejo disp. vni-
dub. i.

Remanent in Eucharistiā quantitas,
sensibiles qualitates, vt albedo, sapor,
locatio, grauitas, rotunditas, & alia hu-
iusmodi, quæ a Conciliis vocantur spe-
cies, vel quia sunt simulacra ipsius sub-
stantię ipsam nostris sensibus demonstra-
tia, vel quia percipiuntur a sensibus per
species. Id tenendum de fide, & commu-
niter DD.

Propriæ passiones, si a substantia pa-
nis, & vini distingūtur realiter (Id enim
nunc non disputo) etiam manent secun-
dum probabiliorem opinionem. Id au-
tem negare, vt recte docet Suar. disp. 56.
sect. 1. non est error in fide; sufficiunt
enim ad veritatem mysterii accidentia sen-

sibilia manere, si autem propriæ pas-
siones non distinguntur realiter a sub-
stantia panis, & vini, non manent in hoc
Sacramento. Accidentia etiam fundata
in accidentibus sensibilibus, vt similitu-
do fundata in albedine, & equalitas iu-
quantitate manent; ex eo quod maneat
accidentia sensibilia.

Inquites posset ne manere in Eucha-
ristia sola qualitas? R. Affirmatiue de po-
tentia Dei absoluta, sic Scot. d. 1. 2. q. 2. Si
enim quantitas potest esse sine imme-
diato subiecto, nempe substantia, cur al-
bedo, quæ est accidentis perfecti, separari
non potest à quantitate, quæ est illius im-
mediatum subiectum? Item dependen-
tia quam habet qualitas à quantitate nō
est essentialis, sed conaturalis, sicut nec
quantitas dependet à substantia, nisi solū
connaturaliter: si ergo potest quantitas
esse sine substantia, poterit esse qualitas
sine quantitate, cui im mediare in hæret.

Dices in eo casu qualitas illa esset sen-
tibilis. R. Cum Scoto esset sensibilis in

F 4 po-

Secunda pars Trilogy

potentia remota, nō in proxima: cū deficeret illi modus necessarius, vt eius sensatio causaretur. Ens enim non quantum non potest fieri i. Addo ex Scot. vbi sup. quod cum accidentis respectuum dicat essentialēm ordinem ad subjectum, sine illo esse non potest.

Defacto vero quantitas est subjectum qualitatum. Ita D.D. communiter contra Marsiliū, d. 9. art. 2. & alios, nam accidentia panis, & vini ante consecrationem inherebant quantitatē, & media ea substantiæ: ergo quantitate separata à substantia inherenter quantitatē, post consecrationē enim solum amittunt in hærentiā ad substantiā.

Dices 1. unum accidentis non accidit alteri ex Arist. sed utrūq; accidit subjecto: ergo unum non inhæret alteri. 2. esse subjectū accidentium est proprietas substantiæ: ergo non potest quantitatē convenire. R. Ad 1. loquitur Arist. de accidentibus disparatis, vt albedo, & musica: non de subordinatis, vt albedo, & quantitas, vel loquitur de subjecto, quod & primo;

non

Eucharistici.

45

non de subjecto quo, & secundo. Sensus illius est, nullum accidentis accidit alteri, vt primo subjecto, quia inuoluit contradictionē, & processus in infinitū. Ad 2. R. propriū substantiæ esse quod sit subjectum quod & remotū accidentium, non vero quod sit subjectum quo, & proximum.

Cum igitur teneamus quantitatē esse sine subjecto, & cetera accidentia quantitatē inhærente: restat dicere quantitatē existere per speciale Dei actionē, & manuteneantia extrinsecā, qua miraculosē illa consecrat sine subjecto. Sic D. Th. q. 77. art. 1. & Scot. d. 12. q. 1. cū alijs, quia hic mod⁹ est Deo possibilis, ceteris autē, scat.

D. Thom.
Scat.

Caiet. q. 77. art. 2. docet quantitatē acquirere nouū modū possitiam substantiæ eiusdem rationis cū substantia substantiæ. Contra quia accidentis, & substantia essentialiter distinguuntur per lineas diversas, ergo nequit accidentis in ratione talis participare aliquid substantiæ, vt substantia est: Sicut equus non potest

F s par-

Secunda pars Trilogy

participare aliquid hominis, ut homo est; maximè in sententia Cajet. in qua subsistētia est modus essentialis, & natura sua intrinsecus naturæ substantiali, ab ea solum modaliter distinctus, quonodo potest stare sine illa;

Vazquez

Vazquez, disp. 192. cap. 2. acquirere affirmat quendam modum possituum existendi per se, quin nec est simpliciter substantialis, nec simpliciter accidentalis, sed similis modo substantiali diuersa tamen rationis ab eo, sequitur Suarez. disp. 61. sect. 2. dicens esse modum accidentis identificatum cum ipsa quantitate aliquam similitudinem substantiali habentem.

Sed hic modus hoc discurso refutatur: vel enim est necessarius, ut quantitas existat, & hoc non, quia sine additione noui modi sola desitio[n]e substantiali panis potest incipere in quantitate. denominatio existentiæ, & existētis, ut quod, quæ ante[rum] non erat ex defectu condicōnis requisitus, nempe desitio[n]e panis.

Nec

Eucharistici.

46

Nec est necessarius, ut sustentet qualitates, quia antea eas sustentabat sine modo intrinseco; nec ut conseruetur naturaliter, quia etiam posito illo modo conservatus miraculose quantitas, cum ille modus ei conueniat supernaturāliter, & miraculosē.

Nec indiger quantitas illo modo, quia iam est independens à subiecto, quia ad id sufficit, quod amittat inherētū, quæ est quid possituum illius, atque ita mutatur realiter, non mutatione positiona, sed priuatua. Quantitas autem adhuc separata à subiecto dependet ab eo, aptit uđinaliter, & talis dependentia excludetur per calem modum persistatis.

Dices quantitas separata diuerso modo dependet à Deo, ac unita, ille ergo modus aliquid est in quantitate. R. Quod ista nova dependentia non est aliud, quā nouus respectus ad Deum, qui modo speciali conservat quantitatem, quæ ante consecrationem dependebat in sua existentia à subiecto, & à Deo, ut à duabus

Prima pars Trilogy

bus causis subordinatis; post consecrationem vero a solo Deo dependet, ut operante supra ordinem naturae. Sicut pōdus portatur a dnobus prius, & postea ab uno solo portatur eadem velocitare sine aliquo novo in effectu solo novo conatu. Denique si ille modus est substantia: ergo in Eucharistia aliquid substantiae manet ergo non manent sola accidentia: si est accidentis: ergo indiget alio modo, & sic in infinitum: & illud nouum accidentis erit aequē dependens, atque ipsa quantitas, ut docet Scot. & sic ratione illius qualitas non potest suscipere modū persistatis, quē contraria opinio intēdit.

Scot.

Iesus in Eucharistia existens mirabiliter occultatus. CAP. VI.

Tsal. 67. Mirabilis Deus in Sanctis suis, sed non minus mirabilis in Eucharistia, vbi diuina quadam arte penit suum corpus totum in toto, & totum sub qualibet parte, ibi quantitatue, & non circumscrip- tive:

Eucharistici.

47

Metibi corpus sine extensione, neque loci repleione, inintelligibile videtur, sed est ut dico. In qualibet minima parte hostie totus Christus est, non sine ordine partium in toto, ut opinatus est Okam, Okam. sed cum ordine, caput super celum, celum super brachia, brachia super pedes, &c. positione enim quantitatis est ordo partium in toto, & huc ordine retinet corpus Christi in Eucharistia simul cum eadē figura, quam in cœlo habet. Verum est quidem, quod loquendo de vocatione, que dicit ordinem ad locum, ubi est caput, ibi est pes, sed in ordine ad se una pars est extra aliam.

Dices t. ut verificetur totū Christū esse in toto, & totū in qualibet parte: sufficit dicere esse totū in cora hostia, & totū in singulis partibus divisiis: ut in speculo integrō semel tantū apparer obiectum, si vero dividatur in duas partes, in utroque apparer. R. Ita sensit Albertus d. 13. art. 1. et id stare non potest, quia Tridentinum de fide posuit Christum totum esse sub unaquaque specie, & sub singulis eius.

Albertus Concil. Trida-
eius

Secunda pars Trilogij.

eius partibus, *seq. 13. Can. 3.* ~~et~~ eadem sessione cap. 3. docet, quod totus, & integer Christus sub panis specie, & sub quauis eius speciei parte existit; ubi cu non addat separatione facta, quod fecerat can. 3. aperte influat esse totum etiam in singulis partibus unitis, & oppositum, ut erroneum reputatur.

Dices. 2. cum Eucharistia sit instituta in usum fidelium sufficit, ut dicamus totum Christum esse in toto, & totum in qualibet parte, dum modo sit tantæ magnitudinis, ut si separetur, panis substantia, conseruetur, vel in qualibet pat-

Alexan. te Phisice diuisibili. R. ita indicant Alen.
D. sonau. 4 p. q. 40. mem. 3. Bina. d. 10. art. 1. Sed cu
cōc. Trid. Cancil. Trid seq. 13. cap. 3. absolute dicat

torum Christum esse sub quavis parte nulla facta restrictione, aut diminutione, intelligi debet de omnibus partibus, in quibus erat substantia panis. Hec autem ante consecrationem erat in omnibus partibus quantum cuique minimis: ergo ibi est Christi corpus.

Dices

Eucharistici.

48

Dices. 3. Si Christus est in qualibet parte quantumcumque minima, & proportionali. Ergo cum in continuo sint infinitæ partes proportionales, et in partibus infinitis per infinitas presentias.

R. Christus non habet in hostia presentias infinitas in actu, cum partes quantitatis sint solim infinitæ in potentia. Sed simpliciter habet unam presentiam totalem diuisibilem per partes, & coexistens ipsi speciebus, integrata ex pluribus partialibus, & in aequali, ac secundū quid. Si enim anima rationalis, quæ tota est in qualibet parte proportionali corporis non existit infinites, nec dicitur habere plures presentias. Simpliciter: sed unam, cur corpori Christi existenti modo supernaturali tribui debent plures presentias?

Dices si corpus Christi existit etiam in partibus minutissimis, ergo etiam existet in indiuisibilibus quantitatibus. R. Id alii qui concedunt cum Shar. disp. 32. seq. 3^o quia

Suzarez.

Secunda pars Trilogy

quia substantia panis ante consecrationem, vel aliquid eius erat sub quodlibet indivisiibili suæ quantitatis; ergo sub illo erit Christus post consecrationem, cum corpus Christi loco panis succedat.

Sed oppositum non est minus probabile, quod docet Vazq. disp. 188. cap.

Vazquez 4. Et ciatur Scot. d. 10. q. 4. totam legi, & nihil inueni, ratio est, quia illa indiuisibilia substantiae panis non sunt substantia, nec panis, ergo Christus non succedit loco illorum. Deinde ex opposito sequefetur, quod facta divisione hostie consecratae incipiat Christus esse nouiter, vbi antea non erat, nempe in superficiebus, quæ terminant utramque partem: Denique decisio Coacilij Tride. fuit doctrinalis, & cum divisionerit Christum esse sub qualibet parte hostie, de indivisiibili nullam fecit mentionem, coligitur ergo rem esse dubiam.

Aliud mirabile inuenies in Eucharistia, qualam sunt ex vi verborum, quedam per concordaniam. Sub speciebus pa-

Eucharistici.

49

nis ex vi verborum est materia prima cu formam substanciali corporeitatis. Sic Scot. d. 11. q. 3. cu scotistis. Ratio est quia sine forma corporeitatis non saluat for ma consecrationis; nam conuersio fit in corpus, ergo vel mathematicum, vel naturale, non ponit alia corpora. An non est alia thematicum cu hoc sit accidentes, neque natura le per re, quia hoc forma constat; ergo sine forma non vere dicitur hoc est corp' meum.

Sub speciebus vini est materia prima cum formam substanciali sanguinis, nam siagi non potest esse ibi solam materiam, vel materiam cum modo quantitatuum, ergo idem dicendum hic. Præterea si in triduo fieret consecratio poneretur idem numero, quod modo per formam corporis, sed tunc non poneretur anima, quia erat separata, nec ullum esse daret materiali; ergo nec nunc ponitur nec aliquid esse ab ea datum. Minor probatur, quia ex Trid. scff. 13 c. 3. anima sub speciebus panis, & vini ponitur per concordaniam, soluta ergo connexione naturali non ponetur.

G

Scot.

Secunda pars Trilogy

Soarez.

Soarez dicit disp. 57. sect. 4. terminum conuersoris esse corpus, id est materia prima quatenus accipit esse corporeum ab anima.

Contra, quomodo potest forma inextensa date esse extensum formaliter materialē primā, nēmpe esse corporeum, & quomodo potest communicare esse corporeum, & non esse virūm, si isti gradus non distinguntur realiter?

Trident.

Sub utraque specie ponitur diuinitas, & verbi personalitas per concomitantiam: ita cum Trid. sess. 1. 3. cap. 3. communiter DD. quod nomine diuinitatis comprehendat totum id diuinum, quod est in Christo, suppositum autem etiam est diuinum, quod quidem cum coniunctū sit cum corpore, & sanguine, ibi erit ubi corpus, & sanguis Christi fuerit.

Soarez.
Vazqu.

Soarez. disp. 51. seß. 6. Vazquez disp. 185. cap. 2. tenent Patrem, & Spiritum S. esse in hoc Sacramento per concomitantiam, tūm quia Pater, & Spiritus S. sunt in Filio per circummissionem ex D.

Ioan.

Eucaristici.

50

Iōan. 14. Ego in Pater, & Pater in me, tūm etiam, quia Pater, & Spiritus S. sunt id ē realis et cum diuinitate, si ergo diunitas est per concomitantiam, ergo & Pater, & Spiritus S.

Sed cum Trident. sess. 13. c. 3. vbi numerant omnia substantialia, quae in Eucaristia continentur de Patre, & Spiritu S. mentionem non fecerit: iudicio probabilius non esse in hoc Sacramento per concomitantiam proprię loquendū: scilicet sunt triplici modo 1. ratione incarnationis, ut in aliis rebus. 2. qualitatis similitudini filio mirabiliter operari. 3. quia sunt filii confubstantiales ratione eiusus omnes sunt simili.

Ad hoc autem, ut in Eucaristia sit aliquid per concomitantiam proprię est necessarium, ut pertinet ad Christi constitutioinem, cum ergo Pater, & Spiritus S. non se habeant ita, non erunt propri per concomitantiam. Sic Cornejo, q. 76. art. 7. disp. 2. dub. 4. qui bene respondet ad 1. argumentum in contrarium solum.

G 2 pto-

Cornejo.

Secunda pars Trilogy

probare patrem, & Spiritum sanctum esse simul cum verbo ratione consubstantia litatis. Ad 2. quod diuinitas pertinet ad ad constitutionem Christi, non autem Pater, & Spiritus sanctus.

Alii humores, & omnia accidentia, que in Christo sunt, ponuntur per concomitantiam, quia nec sunt sanguis, nec corpus Christi, quod solam substantiam significat; nempe corpus organicum secundum quod est pars essentialis hominis; nam ut est perfecte organicum, & ultimo dispositum, & instrumentum ad functiones animalia, non ponitur ex verbis, quia seclusis omnibus illis accidentibus per diuinam potentiam diceretur vere corpus Christi. Sic Egidius Contra q. 76. dub. Unico.

Egidius.

D. Tho.

Aduice modus existendi Sacramentalis ineffabilis est, nam cum circumscripsiuncula non sic Christus, quia est sine extensione, an dicendum sit definitius modus dubium est. D. Tho. art. 5 ad 1. negat, & merito, quia duobus modis dicitur esse aliquid in loco definitum, 1. ut ex natura sua sit in loco

co

Eucharistici.

51

co isto, ita, ut repugnet esse alibi, & hoc modo Christus non est definitio in Eucharistia, cum sit in celo, & in alijs hostijs. 2. ut includat negationem potestatis ad essendum in alio loco maiori, vel minori, & nec sic modus potest esse definitius, quia cum modus, quem habet non sit ei naturalis, non potest dici determinare sibi ab intrinseco certum locum, sed potest ponere in maiori & maiori loco, & minori. Unde potius dici debet praesentia Christi in Eucharistia Sacramentalis. Sic Soarez Soarez cum multis.

Diees si ergo haec, praesentia non est definita, ergo indefinita, quae est diuina immensitas. R. praesentiam Christi in Eucharistia medium esse inter utramque; quia participat de definita, cuius conceptus est, ut per ipsam præsentiam repugnet ponere in alio loco; sic Christus in diuersis locis per diuersas presentias ponitur. De indefinita quia sicut Deus per suam immensitatem non determinat sibi locum, sed potest esse

G 3

in*

Secunda pars Trilogij.

in majori, & maiori, minori, & minori; sic Christus non sibi determinat certam loci sphēram, nec illi repugnat posse in quouscunq; majori, & majori loco, & minori. Nota quod Deus per eandem præsentiam est in diuersis locis, & sic non diffiniuntur.

Iesu in Eucharistia ex pane & vi-
noin cibum & potum nobis datus.

C A P. VII.

Cibat nos dilectus Iesus in Eucharistia ex adipe frumenti, cuius cortex humanitas est, cuius adeps diuinitas, & inebriamus ab' vbertate domus eius vi-
no virginis germinante. Cum igitur pa-
nis, & vinum sit materia Eucharistiae, de
conuersione utriusque in alteram sub-
stantiam agendum est.

Mirabilis esse hęc conuersio panis in corpus Christi, idem est de vino in san-
guinem, quia vt ait Mayron. d. II. q. 5. nō
est

Eucharistici.

52

est motus, quia fit in instanti verborum; nec mutatio, quia non est subiectum co-
muue, quod se habeat aliter nunc quam prius; nec est actio, quia nihil subiicitur in quod agens agat; nec passio propter idem.

Nec est generatio, quia nihil accipit esse per naturam, nec est corruptio, quia nulla forma corruptibilis expellitur a substantia panis; nec est creatio, cum creatio sit de nihilo, corpus vero Christi sit ex pane, nec est anihilatio, quia licet substantia desinet esse, illa desitio non terminatur ad purum nihil, sed terminatur ad corpus Christi; sic Scot. in 4. lectione Scotus.
& Parisiensi; d. II. q. 4. num. 6. verbis ex-
pressis, quare immerito citatur pro con-
traria sententia. Idem docet d. II. q. 4. §.
ad questionem.

Est ergo haec conuersio vera, & realis actio, qua substantia panis conuerti-
tur in corpus Christi; & idem dic de sub-
stantia vini in eius sanguinem. Sic Tri- 7 ridenti-
dent. scf. 13. cap. 4. Concurrunt enim ad
G 4 hanc

Secunda pars Trilagij

Scot.

Hanc conuersiōnē omnes conditio-
nes requisiſitæ. 1. terminus a quo, nempe
ſubſtantia panis deſinit eſſe. 2. res in quā
ſit conuerſio; & terminus ad quem alia
quo modo fit, & incipit eſſe, quia ex
Scot. d. 11. q. 3. actio realis, & noua requi-
rit terminum realem, & nouum, vel fal-
tem antiquum cum novo modo, hec au-
tem repertitur in hac conuerſione ut
iam dicam.

3. Requiritur, vt ſit conexio inter ter-
minum a quo quantum ad deſitionem,
& inceptionem termini ad quem, & hic
ex vi deſitionis panis ſequitur poſiſio
Chtisti.

Quarto hec conuerſio eſt inter ter-
minos poſitiuos a quo, & ad quem,
quod ad veram conuerſionē requiri-
tur.

Vazquez disp. 184. cap. 2. tenet ad verā
conuerſionē requiri aliquod tertium
commune vtrique termino, circa quod
ipsi termini aliquo modo repugnant, &
ſibi ſuccedant in habitudine eiusdem
ge-

Euchariftici.

53

generis: at Scotor id negat quodlibet. quia
cum corpus Christi, & panis cum suis
accidentibus ſint in plena obedientia
potentiae Dei (hæc eſt ratio, cur quod-
libet poſlit conuerſi in quolibet ex Scot.
d. 11. q. 1.) poterunt virtute illius ac-
cidentia cum ipſa ſubſtantia conuerſi in
corpus Christi. In tali vero caſu, vt no-
tauit Tarrareetus, corpus Christi non poſ-
ſit cognosci à nobis, nec eſſet conuerſio
Sacramentalis, cum non maneat acti-
dentia ſubſtantiae conuertendæ ſub qui-
bus demōſtretur ſubſtantia, in quam ſit
conuerſio.

Age, dic mihi qui ſit terminus forma-
lis huius conuerſionis cum dixeris eſ-
ſe actionem realem, & nouam: & eſſe
ſubſtantialem omnes Theologi faten-
tut. Dicam quod ſentio. In hac con-
uerſione duos terminos formales, rea-
les, & realiter diſtinctos, ſicut duas
actiones, conſiderare debes. Eſt, &
actio conuerſiua, & actio adductiua, ha-
bens quilibet diſtinctum terminum:
quia

Secunda pars Trilogij

Scor. d. 10. quia posset Deus facere conuersionem
panis in corpus Christi ex doctrina Sco.
& quod corpus Christi non esset præsens
accidentibus sub quibus erat panis, sed
ut fieret in corpus Christi, ut existens in
caelo sub modo, quem habet conseruan-
do illud, vel ut docet Yribarne cum co-
dem modo, quem habet sub accidenti-
bus.

Ecce quomodo conuersio panis in
corpus indiuisibiliter existens, est actio
distincta ab actione, qua ponitur præsens
indiuisibiliter sub accidentibus panis in
Eucharistia, cum una possit ab alia sepa-
rari, hec ex decreto Dei conuersio panis
in Christi corpus, ut hic, semper sit con-
iuncta cum eius præsencia, ut hic, cum
enim sit conuersio Sacramentalis debet
esse in corpus Christi sub accidentibus
demonstrantibus nobis illud, & sub qui-
bus succedat, cum ergo duplex actio sit,
duplex terminus assignari debet, terminus
formalis conuersionis non est Chri-
stus, ut conservatus, ut docet Scor. disp.

Eucharistici.

54
50. sect. 4. quia antecedenter ad hanc cō-
seruationem debet intelligi Christus sub
speciebus panis, prius est enim aliquid
esse, quam conseruari.

Neque consistit in ordine rationis in-
ter substancialia, quæ esse deserit, & incipit
ut vult, Vizq. disp. 181. cap. 9. quia haec cō-
versio est aliquid reale præueniens omni-
pem relationem rationis, sicut conuer-
sio formalis naturalis, quæ non consistit
in ordine rationis. Nec consistit in pro-
ductione substanciali corporis Christi sub
speciebus, cum iam supponatur Chri-
stus productus, nec ut producibilis de-
nouo, si nō præexisteret, quia hic est ser-
mo de termino, quem habet de facto, nō
de eo, quem posset habere.

Dico ergo quod terminus formalis
hujus conuersionis, quæ transsubstancialia-
tio dicitur est corpus Christi, nempe ma-
teria prima cum forma substanciali cor-
poreitatis, non secundum se, sed cū ordi-
ne ad substancialiam panis, ex quo facta est.
Idem dic de sanguine, nec mireris si dixi
sub-

Secunda pars Trilogyi

Eucharistici.

55

D. Ambr. substantia corporis Christi fuisse facta ex

D. Damas. pane, quia ex pane fit corpus Christi ex

Scot.

D. Ambr. & D. Damasceno de fide cap. 4.

D. Thom. sic Scot. quod l. 10. c. est D. Tho. q. 75. a. 4.

ratio est, quia cum haec actio sit pure conseruativa, & non productiva, nec conservativa, non habet terminum, qui fiat de novo, nec qui conseruetur: sed terminatur ad preexistens eo modo, quo fit, sed corpus Christi fit ex pane, ergo corpus Christi, ut fit ex pane, vel ut est id in quo panis conuertitur est terminus formalis.

Confirmatur quia haec conversio dicitur non potest transubstantatio, si non terminatur ad substantiam: denominatur enim a termino ad quem, sicut si accidens transfiret in accidentis vocaretur transaccidentatio, ut patet in naturalibus.

Inquires, an haec actio producat aliquid in corpore Christi. R. Negatiue, sed tantum resultat relatio transcendentalis ad panem, qui conuertitur in corpus

pus Christi, quod sic explicato: transubstantatio est in genere relationis, & est ordo substantiae panis in corpus Christi. In eodem instanti est transubstantatio, & transubstantiatum, & corpus Christi, ut in aliis instantaneis: cum ergo substantia panis in eodem instanti designat esse, & denominetur transubstantiata, & non possit esse per relationem, quae sit in ipsa, quia iam non est, oppotest ponere talem relationem in corpore Christi: unde sicut Deus dicitur creator denominatione extrinseca a creatione, que est in creatura formaliter, ita panis dicitur transubstantiari isto respectu, qui est in corpore Christi, & si in aliis sit disimile exemplum.

Dices quomodo potest esse relatio sine termino. R. Quod transcendentalis non requirit terminum in actu, ut in motu sensibili, prius dicit ordinem ad posterius, quod non est, cum est prius.

Per hoc saluat vera ratio conuersionis, quae requirit, quod terminus ad quem

Mayr.

di q. 6.

Secunda pars Trilogy

quem aliquo modo mutetur, & incipiat esse de nono, licet enim corpus Christi simpliciter non incipiat esse: tamen secundum quid incipit, quaterius dicit respectum ad panem a quo fit.

Sic etiam salvatur vera ratio terminacionis, quia cum substantia corporis Christi per hanc actionem incipiat de novo esse, id in quod panis est conuersus, non terminat illam actionem secundum se, sed per ordinem ad panem, qui in ipsum convertitur, ita ut ille ordo sit conditio terminandi illam actionem.

Iam reddi me cum ad actionem adduciam. Si haec consideretur secundum se habere pro termino formaliter praesentiam, sic Scot. d. I. q. 1. nam ille est terminus formalis, qui per actionem fit, at per actionem adductuam solus sit quod substantia sit presens accidentibus: ergo &c. Posset Deus anhilando panem ponere corpus Christi, qui est in celo sub accidentibus panis: tunc esset actio adductuaria, cuius terminus esset praesentia

Scot. 4
a q. 1.

Chri-

Eucharistici.

56

Christi in accidentibus illis, & nulla esse transubstantiatione. Hinc infero, quod cum haec conuersio, ut modo fit in Eucharistia, sit intrinsecus Sacramentalis non solum dicit conuersionem panis in corpus Christi, sed ipsum praesens accidentibus sensibilibus, per quae demonstratur, & sub quibus succedit, & ideo haec conuersio, ut talis includit utramque actionem, & ut recte dixit Caiet. q. 75. art. 1. Caiet. actione conuersua est connexa cum adductuaria, & illa prior natura, quam illa. Cum vero Scot. dixit praesentiam Christi esse Scot. terminum formalem conuersionis, locutus fuit de conuersione sub ea ratione, qua Sacramentalis est, sic enim dicit presentiam Christi sub accidentibus sensibilibus.

Iesus in Eucharistia multifariam denominatus. CAP. VIII.

CVM Iesus sub speciebus panis, & vi-

va-

Secunda pars Trilogy

varias denominations, quas recipit exponamus.

D.Tho.

In primis tenendum est cum D.Tho. art. 6.corpus Christi verè dici deferrī, c. leuari, manducari, eius sanguinem bibi, esse in sacrario, esse sursum, vel deorsum, dextrorum, aut sinistrorum, quia verè affectus illis mutationibus factis in Sacra-to, quæ in motu locali consistunt.

Maior.

Si vero hostia intra suum spatium circulariter moueat, non verè, nec propriè mouetur corpus Christi, quia cum sit totum in qualibet parte nullum locum deserit, nullum locum acquirit, nec secundum totum, nec secundum partem; species vero Sacramentales motu circulare moueri dicuntur. Sic Maior. d. i. q. 6.

Hinc sequitur, ratione huius motus conuenire Christo, denominations certæ propinquitatis, ac distantiarum; ita quod sicut hostia dicitur propinqua, aut distantia respectu alicuius rei, & in motu dicitur accedere, & recedere, esse hic, aut

Eucharistici.

57

aut ibi, ita dici debet de corpore Christi unde verè dicitur corpus Christi intra nos est, ita communiter DD. contra An-reol. d. 10. q. 3. Aureol.

A quo vero mouetur Christus in Eucharistia, difficultas est, quia D.Tho q. 76. art. 6. moueri per accidentis putat à quoque, qui vim habet ad mouendū localiter species Sacramentales. Scot. Vero d. 10. q. 6. ab ipso Deo per se moueri im-mediatae affirmat; cum enim supponat Christum permanere simul cum speciebus per Dei voluntatē, & non ex natura sua, inde est, quod dā Deo Christi corpus mouatur, mota à nobis hostia.

Deinde si corpus Christi per se existet modo indivisiibili, non posset moueri ab agente naturali, ergo etiā dū existit sub speciebus; cum enim species sint modo extenso, & Christus modo inextenso, non habeant vim ferendi corpus quoque ipsæ feruntur; hoc autem est ne-cessarium, ut patet in motu nauis.

Hoc confirmatur, quia qui mouet lapidē non

H

Secunda pars Trilogy

non mouet per accidens Angelum illi-
nism voluntariè , quia non est mouile
per se ab illius virtute , nec a lapide: Er-
go si Sacerdos non posset mouere Christum
seorsum existentem modo induisi-
bili ab accidentibus, ergo nec sub illis.

Ex quo colligo quod motus specierū
tantum se habet; vt conditio ad cuius
positionem Deus infallibiliter mouet
corpus Christi, quod si Deus decerneret
Christum non mouere, hostia mota , ibi
corpus Christi maneret sine acciden-
tibus.

Nota contra *Sotum d. 10. q.2.art.7.*
corpus Christi non affici illis mutatione-
ibus, quæ sunt in speciebus, quæ non
consistunt præcise in motu, vt corpus
Christi frangitur, dentibus atteritur; cor-
pus Christi calefit. Ista enim mutationes
non pertingunt ad corpus Christi, sed
tantum possunt de illo verificari secun-
dum denominationem extrinsecam spe-
cierum. Nec potest dici corpus Christi
rurum, densum, album, molle, liquidum,
suppo-

Sotus.

Eucharistici.

58

supponunt enim hæc prædicata pro ip-
sa quantitate panis relicta. Ita *Henriquez* *lib.8.cap.20.*

Quod si Berengarius suum errorem
retractans sassis est corpus Christi fran-
gi, atteri dentibus, id fecit, quo magis
suum errorem aboleret, & præsentiam
Christi claritatem in Eucharistia faceretur,
idque Ecclesia tolerauit ob piam illius
intentionem. Sic *Gabriel. 8.in Can.* *Gabriel.*

Quæris, quid Christus per se primo,
vt est in Eucbaristia agere, aut pati pos-
sit? R. potest per se naturaliter exercere
illos actus agendo, vel patiendo, qui non
dependent ex ministerio corporalium
organorum; Sic *Soter.d.10.q.5,d.7.* quia *Soter.*
totum impedimentum in Sacramento
est, quia Christus ibi non existit modo
quantitatuo: hoc autem non obstat illis
actibus, qui non in digno ministerio or-
ganorum corporis.

Potest vti scientia beata, & infusa, &
habere actus voluntatis, his correspon-
dentes. Nō potest exercere actus sensus

H. 2 inter-

Secunda pars Trilogij

internorum, quia hi elicuntur cum conversione ad Phantasmata. Non potest **Nominal:** videre, nec audire, quidquid dicant Nominales, nec manus potest pedem tangere, nec vna pars potest alterare aliam calefaciendo; nec potest ibi nutritri, augori, nec respirare; quia tam in agendo, quam in patiendo deficit ibi extensio localis.

De potentia vero absoluta Dei potest Christus habere operationes vitales sensus, quoad entitatem absolutam illarum, non vero quoad relatiuam. Sic **Xribarne.** *Xribarne, disp. 36. sectione unica*, qui ait posse fieri a Deo, merè passiuè Christo se habente, ut educatur de potentia passiuæ oculi, vel tactus illa absoluta qualitas, vel eleuando potentiam, vel obiectum, vel vtrumque, ut possint eam causare. Quod vero quoad entitatem relatiuam non possit, patet cum hæc qualitas absoluta visionis, vel actus tangendi nequeat fundare relationem attingentierealis, nisi habeat organo-

Eucharistici.

59
ne diuisibili, vel modo quātitatiuo. Hoc maiorem habet vim in doctrina illorū, qui dicunt in universum quamcumque causam posse eleuari ad supernaturales effectus.

Rogas cum hostia sacra miraculo-
se mouetur, ut narratur factum suis-
se, à quo mouetur? R. Non à poten-
tia motiuæ corporis Christi sic, sed fit
vel ab anima Christi per virtutem su-
per naturalem alterius ordinis, vel à
Deo, vel Angelo. Sic *Auersa*, quæst. *Auersa.*
4. sect. 7. Circa hoc plura vide apud *Scot.*
Scot. d. 10: q. 5.

*Iesus in Eucharistia aliquando ma-
nifestatus. CAP. IX.*

BENEDICTVM Iesum sèpe in Eu-
charistia apparuisse cōstat ex Eccle-
sisticis historiis in confirmationem fidei,
ob devotionemque ipsum Sacramentū
sumētium, aut pié colentium. Circa quod

Prima pars Trilogij

primo est dicendum prout est in Eucharistia a nōmine esse visum, neque a se ipso, nec ab oculo gloriose posse videri.

Addit *Scot.* d. 10. q. 9. nec de potentia Dei absolute posse fieri, ut oculus corporeus videat Christum; ut est in Eucharistia, quia nec potest per se primo causare speciem sui, nec terminante visione, cum ad utrumque requiratur approximatio locatis, quam Christus non habet in Eucharistia, & haec conditio est intrinsecus requisita.

Auersa. q. 4. f. 7. tenet posse videri Christum in Eucharistia, vel ut obiectum quoddam uniforme in toto spatio, & vel sub ipsa humana figura, ac si esset in loco. Occurrit *Suarez* disp. 52. f. 1. quod iam illa visio non esset vera, sed apparet, cum non videretur prout est in se obiectum, sed per speciem impressam a Deo in oculo.

Deinde dico satis verisimile esse Christum aliquando in Eucharistia vere apparere, ac videri in specie pulchri viri,

aut

Eucharistici.

60

aut pulchelli pueri ad solarium suorum, & ad recreandum animum pii alieuius viri. Sic *Alensis* 4. p. q. 53. m. 4. cū alijs.

Quod negant Thomistæ, quia putant repugnare idem corpus posse esse in diversis locis modo quantitatuo, id autem esse possibile communis est opinio.

Probatur haec conclusio; quia hoc modo Christum se nobis concedere valde consonum est eius amori in tales personas pias, quæ si crederint non vere appetere, non acciperent veram consolacionem ex illa apparitione, & qui ita dilexit suam Ecclesiam, ut extra Sacramentum quibusdam apparuit, ut constat ex *Actorum* 9. C. 23. C. *D. Paulo*, 1. ad *Corin.* 15. cur negabimus idem in Eucharistia aliquando fecisse.

Rogas quomodo id fieri possit. R. Cū Christus in Eucharistia habeat esse semper replicatum, per diuinam potentiam potest secundum unam replicationem extendi in ordine ad locum, & appare reforma humana, prout Deus voluerit,

H 4

&

Secunda pars Trilogy

Coninck.

& secundum alias replicationes ibidem manere modo Sacramentali, & rorsum postea secundum eandem replicationē resumere esse Sacramētale. Sic Coninck. q.7.6.d.1.

Dixi aliquando, nam communiter apparitiones istae sunt per aliquam aliam sensibilem mutationem, ut cum apparet solus sanguis, aut frustrum carnis, quæ tāgi, & pungi potest, & contrectari, & alterari, & tractu temporis videtur tabescere, denigrari, & corrupti, hæc, & alia apparentia quidem sunt, vel ad confusione m̄piorum, vel ad confirmationem fidei assistentium.

Aleensis.

Nec sequitur, ut dicebat Alensis, quod in istis apparitionibus sit fallacia, aut deceptio, quia cum fictio ordinatur ad significationem alicuius mysterii, aut veritatis, non est fallacia, neque deceptio, sed figura illius mysterii, aut veritatis, ut cum Christus apparuit duobus discipulis. *Lucas 24.*

Sed hic occurrit dubium cum per mi-

ra-

Eucharistici.

61

raculū verē, & realiter species in se mutantur in carnem, aut sanguinem, materne sub his Christi corpus? Negat *Lurand.* Durand. 10.q.4. Coninck. dub. 2. docet quod quā do mutatione sit permanenter in puni- Coninck. tionem perfidiæ eius, qui indignè ac- cedit, tūsc definit esse Christus; cum verō ad confirmationem fidei, & fi- delium consolationem, permanet ibi Christus.

Soarez, disp. 51. secl. 3. medium te- Soarez. net viam. Cum species ita mutantur, ut sub his non posset substantia panis natu- raliter cōseruari, definit esse ibi Christus, sc̄us autem est, cum ita non corruptū- tur, & hoc putat esse communius in his mutationibus.

Dicendum est cū D. Tho. art. 8. corpus Christi rādiu manete in Eucharistia, quā diu manent dimensiones, seu quantitas panis, & vini, & si alia accidentia mutē- tur. Idē docet *Caiet.* & *Vazq.* ibidem. Primō, quia non obstante apparitione *Caiet.* solet Sacramentum à fidelibus adorari, *Vazq.* non

Secunda pars Trilogy

non solum ut reliquia, sed ut veré Christus. 2. quia ideo Deus immutat accidentia panis in accidentia carnis, ut per signa magis conspicua ostendat ibi Christum addicere.

Dices si mutantur qualitates, & si maneat quantitas eadem, non maneret naturaliter substantia panis, & vini, ergo si non maneret substantia panis non maneret ibi Christus. R. quando mutatio qualitatum sit naturali via, Christus ibi non permanet; secus vero, cum sit per miraculum: Deus enim qui illud operatur, conservat Christum sub accidentibus carnis, & sanguinis, quia non operatur, ut recedat Christus, sed ut per signa magis consimilia demonstretur. Sic Aversa p. 4. sect. 8:

Quid ergo fieri de illis speciebus, in quibus tales apparitiones accidunt? R. Si redeant ad formam pristinam, sumuntur; si vero non redeant, in sacrario remanentur, si accidat in ipsa celebratione, & mutatio fiat in utraque specie, non pra-

Aversa.

ci-

Eucharistici.

62

cipitur, sed consultetur, ut utramque speciem consecret, & fiat novum sacrificium. Si fiat in una sola specie, tenetur Sacerdos talem speciem iterum consecrare, ad integratatem sacrificii, & cum altera, quæ remansit eam sumere, cum sit opinio sacrificium in sumptione perfici, videlicet D. Thom. q. 82. art. 4. D. Antoni. 3. p. tit. 16. cap. 6. Q. Summistas.

De cognitione per intellectum clarum est quod ait D. Tho. art. 7. per clarā cognitionē in verbo posse à Beato cognosci Christum, ut est in Eucharistia, & est verisimile hoc mysterium ab omnibus beatis cognosci, licet Gabr. lect. 45. in Can. solum id concedat his, qui de hoc mysterio habuerunt explicitam fidem. Dubium autem est an Angeli, ut natura hī hoc mysterium cognoscere possint. Negat D. Thom. Scotus vero qui tenet mysteria gratiae posse ab Angelis cognoti, nisi impiendantur a Deo, affirmari tamen respondet. Vide Scotus in 4. dist. 11. quast. 8.

Iesus

D. Tho.
Scot.

Secunda pars Trilogij

Iesu in Eucharistia incipit, & definit
esse demonstratus. CAP. X.

Cant. I.

Indica mihi vbi pascat, vbi cubet pa-
stor bonus, qui animam suam pro ou-
bus suis dedit, & quas redemit, suo pro-
prio pascit cruento? Si hoc ignoras, egre-
dere, & abi post vestigia sanctorum, qui
captiuantes intellectum in obsequium fi-
dei, docent sub accidentibus panis ades-
se. Incipit esse in eo instanti, in quo com-
pletut significatio verborum consecra-
tionis; & tunc definit esse, cum species
corrumptuntur, quasi ergo dixi potest
demonstrari Iesu, quando in Eucharistia
incipit esse, & definit, ab eo, qui conse-
crat, & species videt esse corruptas.

Circa quod quereres primo. an corpus
Christi descendat in instanti ad locum con-
secrationis? R. Ex quadruplici causa ori-
tur tarditas in motu. 1. ex motoris insuf-
ficiencia. 2. ex mobilis resistencia. 3. ex me-
diī rescindentia. 4. ex magna distācia. Hic
non

Eucharistici.

63

nō potest esse defectus ex parte agentis,
cum sit virtutis infinitæ; nec ex parte pa-
tientis, quia Christus est in loco modo
Angelico, & potest quocumque moueri, ut
Angelus; nec ex parte mediū, cū corpus
Christi aerē nō diuidatur, sicut nec coelū:
nec denique ex distantia, quia Deus po-
test ponere unum corpus in pluribus lo-
cis, & sic in eodem instanti in uno, & alio
loco, patet ergo quod Xps est in instanti
in loco consecrationis, Mayron. d. 1 o. q. 3. Mayron:

Quæres 2. an Christus trahat per me-
diū, cū venit ad Sacramētū? R. Quidā di-
xerūt quod venit tempore imperceptibili.
Dico cū Mayr. d. 1 o. q. 4. quod incipit es-
se non transundo medium, explicatur
exempli sonus, qui transit in instanti per
aerem ad aures audientis, non transun-
do per medium, & Solis, qui in instanti
causat radium in qualibet parte mediū;
non enim migrant accidentia de subie-
cto in subiectum.

Quæres 3. an sit aliqua vno Christi
cum speciebus? R. D. Tho. d. 15. art. 1. q. 1.
tenet

Secunda pars Tribogij

renet in hoc Sacramento esse veram Unionem inter Christum, & species, infabiliem tamen, & Soar. disp. 46. sef. 3. effectuā appellat, eo quod inter species, & corpus Christi detur mutua aliqua efficientia, & attractio.

Nota esse Sacramentale corporis Christi in Eucharistia ex Scot. d. 10. q. 1. considerare in tribus. 1. in continentia non mutua inter Christum, & species, quae Christum continet; Christus vero illas non continet. 2. in praesentia intima, & mutua. 3. in relatione signi ad signatum mutua, quam S. Aug. de Trin. cap. 10. ponit inter corpus, & species: primum potest reduci ad genus Habitū: secundum ad genus vbi: tertium ad genus entis artifcialis. Ita Tribarne disp. 32. sef. 4. qui bene addit intercedere unionem accidentalem inter Christum, & species, si nomine unionis predicta intelligas.

Ne poni debet unio effectiva Soar. 1. quia non per modum actionis, sed per modum praesentiae, vel cōiunctionis debet

Eucharistici.

64

bet assignari ratio cōstitutua Christi in Eucharistia. 2. quia corpus Christi non potest effectuē instrumentaliter sustentare hæc accidentia, cum in doctrina Scot. creatura nequeat assumi, vt instrumentum ad creationem, nec ad actionē ei consimilem, vt est sustentare accidens sine subiecto. 3. nec Soarez in tali attractione constituit rationem presentia sacramentalis, quae deberet esse effectus unionis, si daretur.

Quod vero nec alia vno debeat dari probatur, quia vt dicatur post consecrationem hic est corpus Christi, sicut ante consecrationem dicebatur hic est panis, sufficiunt tria predicta sine modo vniensis, cuius sensus est, contentum sub his accidentibus est corpus Christi, sub quibus antea panis substātia continebatur, illud voluntate Dei, hæc ex natura rei. Nec Trident. sef. 13. cap. 1. modo vniensis meminit.

Quæres 4. si Deus mutaret has species, & alias loco earum substitueret, sub qui-

Soarez.

Secunda pars Trilogy

quibus remaneret Christus, esset idem Sacramentum? R. Diversum esset contra Soarez, corpus enim Christi sortiretur diuersam praesentiā vbalem, & destrueretur illa continentia non mutua, & relatio signi, de quo supra dixi constare esse Sacramentale, ad quod non pertinet praesentia, qua est praesens corpus Christi, huic, vel illi spatio, cum semper sit, idem Sacramentum, esto moueatur ab hoc spatio in illud. Sic Tribarne ubi sup.

Quæres 5. quando corrumpuntur species? R. Thomistæ cum D. Thom, art. 8. dicunt, tunc species corrumpi, cum corrumpitur qualitas, quod difficile est iuxta Philosophos affirmantes quantitatem naturaliter non corrumpi, nec generari. Dicendum est tunc corrumpi, quando ita corrumpuntur, quod non permaneat substantia panis, sed adueniret noua substantia, & secundum Thomistas fieret noua mutatio quantitatis.

Quæres 6. si species proficiantur in locum immundum, vel a mure comedantur,

Eucharistie.

65

tur, manet ibi corpus Christi? R. Aliquis visum est non manere. Sed certum est Christum non prius definere esse, quam species corruptantur, & sic quadiu in diversis casibus manent species, manet Christus. Ex quo infero non recede dixisse Gloss. cap. tribus gradibus, statim ac symuntur Glossa. species, definere esse Christum; non enim sufficiens subest fundamentum faciendi exceptionem. Ita DD. communiter.

Quæres 7. quo tempore desinunt, vel ut melius dicant, corrumpuntur species in stomacho? R. Lugus disp. 10. sect. 3.

Ex testimonio Romarorum medico rum confirmat durare hostiam parvam laicis datam ad spatium vnius minutus ex ijs, que sexaginta in una hora distinguuntur, & hostiam magnam cum vino cœnseferato ad spatium octauæ partis vnius horæ.

Quæres 8. quomodo Christus defnat esse corruptis speciebus? R. Significarunt aliqui definere esse recedendo per motum localem.

I

Hæc

Prima pars Trilogij

Hæc opinio falsa est, si enim Christus cum desinit esse in Eucharistia non acquirit nouum locum, sed permanet in celo: Ergo non desinit esse per motum locali; & si incipit esse sine motu locali, cur non desinet esse sine illo? maxime cum non transeat per medium, cum incipit, & desinit esse.

Alius modus dicendi esse potest Christum desinere in Sacramento per desitionem veluti substantiam, sicut conservabatur per actionem substantiam attingentem substantiam Christi, sed cum talis actio in doctrina Scotti non detur, non immoror.

S. Thom. art. 6. docet Christum desinere esse non per mutationem sui, sed per mutationem specierum: sicut Deus desinit esse in creatura non per mutationem sui: sed per mutationem creaturæ. Huic modo assension quantum ad illud quod ait, sicut desinit Deus esse in creatura, ea deficiente, ita Christus desinit esse deficitibus speciebus, cum vero deficitat

Scott.
S. Tho.

Chri-

Eucharistici.

66

Christo modus praesenti, quem sub eis habebat, mutatur sane quoad modum illum.

Quæres 9. cum certum sit aliam substantiam succedere recedente substantia Christi, quomodo fit? R. V ualden. 2. de Sacram. cap. 26. putauit corruptis speciebus tantum apparenter videri generari nouam substantiam, non verò ita esse. Alii dixerunt generari nouam substantiam, sed ex aete circunfuso, sic refert. D. Thom. art. 5. Dixerunt alii redire de novo substantiam panis, & vini, & ex illa postea aliam generari, sic Innoc. lib. 3. de Myster. Misericord. cap. 10. Innocen.

Aliter D. Thom. art. 5. declarat ex qua rigate ipsa generari substantiam, & videtur negare nouam materiam aduenire, sed eius vicem supplere quantitatem, qui modus dicendi est difficilis. Alii aliter sentiunt, quia in hac re nihil est certum. Ecce duos modos probabiles.

Primus est, sub speciebus recedente corpore Christi succedit de novo forma

I^o sub-

D. Tho.

Secunda pars Trilogy.

substantialis, & materia prima de nouo a Deo creata, & fortasse eadem numero quæ fuit antea, & forma substantialis, quæ succedit fit ab agente naturali per veram generationem, & eductionem de potentia materiæ, si sit forma materialis, & si est anima rationalis, vnitur materiae virtute agentis naturalis, recte enim intelligitur in ultimo transmutationis instanti a Deo creari materiam, & cum in eodem instanti perficiatur ultima dispositio requisita ad certam formam, induci talen formam.

Scotus. Secundus modus est, quem ex *Scoto* *Villalob. d. 12. q. 6. ponit Villalobos trac. 7. dif. 27. quod cōpositū ex materia, & forma fiat a Deo, cum quia nō est omnino certum materiā a Dō posse creari sine formā: tūm etiā, quia facilius est creare materiā cū forma, quam sine illa. Nec intelligas id esse propriē miraculū, quia licet sit supernaturale, nō est autē præter legē, sed de lege ordinaria, supposita in institutione Eucharistie, ita *Villalob. vbi sup.**

Quæres

Eucharistici.

67

Quæres. 10. quod agens possit species Sacramētāles corrumpere? R. agens naturale potest corrūpere omnia accidētia præter quantitatē, cū contrariū habent; quantitas autē nō desinit esse, vel corrūpit per merā subtractionē cursus Dei, (propter quod eius desitio non est anihilatio) sed consequitur ad corruptionē accidentiū, quibus substantia conseruabatur & per accidens corrumpitur. Vide *Soar. disp. 50. se Et. 8.*

Aduerte quod si species consecratæ misceantur cū alio liquore diuersæ speciei in tanta quantitate, quod corrūpan- tur, nō manet ibi Christus, nec eius sanguis. Sic communiter DD. qui dicunt quod si vino consecrato admisceatur li- quor eiusdem speciei, vel etiā diuersę, si species consecratæ non corrumpuntur manet Christus, colligitur ex cap. cum Marthę de celebrat Missę.

Si cōtingeret guttam vini consecrati decidere in dolium vini communis cum adhuc ibi permaneat Christi san- guis,

Secunda pars Trilogy


guis; quantum fieri potest seruandum
est ad sacrum vsum, ob necessitatem au-
tem potest ad communem vsum insu-
mi. De hoc vide plura apud Scorum,
Scot. Bonau. Durah. Ricar. & alios d. i. 2.
apud Soarez, Vazquez, q.
77, art. 8. & hæc de
hac parte.



TER-

TERTIA PARS

IN QVA AGI-
TVR DE SACRA-
MENTO EVCHARISTIÆ,
VT RES EST TANTVM.



VRVS est, inquit
Hæreticus. hic
sermo, quem au-
diui, quod in car-
nem traxit panis,
& vinum in san-
guinem. Non mi-
ror, quod non
capias, quod non yideas, quia non te fir-
mat animosa fides; nos autem licet semi-
sis remuat, fides confirmat, & sub umbra
illius, quem desiderauimus, sedimus, &
fructus eius dulcis gutturi nostro. Cui
gutti dulcis Iesus in Eucharistia? nisi
se disponenti ad percipiendos effectus
rati Sacramenti? Gusta, & vide quā sua-
nis est dominus, & dices. Iesu-

* Tertia pars Trilogy.

Iesus in Eucharistia mors est malis,
et vita bonis. C A P. I.

Trident.
Floren.

RÉS sané admiratione digna,
quod idem cibus malis sit existialis,
ræde vero dispositis ex divina institu-
tione vim habet conferendi vitam gratiæ
sanctificantis, ut docet Tridentinum
sess. 13, cap. 3. & Florent. sess. vlti. Id ege-
gié docet. D. Tho. q. 79. art. 2. Primo ex
reali præsentia Christi, si cù enim Chri-
stus visibili terveniens in mundū cœtulit
vitam gratiæ; ita Sacramentaliter veniens
in mentē vitam gratiæ operatur. 2. ex
repræsentatione passionis Christi, effe-
ctum, quem eius passio in mundo fecit,
Sacramentum facit in homine. 3. ex ra-
tione cibi, & potus, quem effectū facit,
quantū ad vitam corporalē cibis, & po-
tus materialis, totū facit Eucharistia, quā
tum ad vitam spiritualem. 4. ex specie-
bus panis, & vini, quæ unitatem signifi-
cant.

Eucharistici.

69

eant: ita Eucharistia significat charitatē,
sociam gratiæ.

Adde licet Eucharistia per se sit insti-
tuta ad vitam animæ nutriendā, & au-
gendā; per accidens vero dare posse pri-
mā gratiā docent plures DD. cum Soay, Soarez,
dis. 63. secv. Suadetur. 1. quia multi S. P. Bonau-
tres cum D. Aug. dicunt Eucharistiā viui
ficare mortuos. 2. quia id quod aliqui
concedunt omnibus Sacramētis vim cō-
ferendi primam gratiam per accidens, Trident.
& si sint Sacramentum viuorum, singu-
lari modo dēbet concedi Eueharistiae,
in qua continetur meritum passionis
Christi, quam repræsentat. 3. quia ex.
Triden. Sess. 7. cān. 7. Sacmenta dant
gratiā nō ponētibus obicem, homo
autem accedens bona fide cū existima-
ta contritione, in re verō eum dispositio-
ne, nempe attritione, cum quā posset re-
cipere baptismum, & penitentiæ Sacra-
mentum, obicem non ponit gratiæ; er-
go recipiet gratiā per Eucharistiam.

Vnde nō recte sensiunt, qui dicunt nō
esse

I 5

Tertia pars Trilagij

Cornejo. esse sufficiens motuum ex autoritate, & ratione ad tribuendam talem vim Eucharistiae. Notat vero Cornejo disp. vni. dub. 2. quod sicut gratia, que confertur per baptismum ei, qui iam erat contritus ante eius receptionem, per se loquendo non est augmentum gratiae, sed prima gratia regenerans, per accidens autem, & ratione subiecti efficitur augmentum gratiae; ita gratia per Eucharistiam in hoc casu per se loquendo non est gratia remittens culpam, sed per se est gratia nurriens; per accidens vero, & ratione subiecti in quo inuenit peccatum, est prima gratia viuificans.

Rogas, potest dari casus in quo Eucharistia sumpta nec sit mors, nec vita sumenti? R. In casu quo quis facta humana diligentia in examine sua conscientiae bona fide putans se esse in gratia accedit cum culpa mortali de qua est naturaliter oblitus, & consequenter sine alia qua displicentia, nec recipiet gratiam, nec mortaliter peccabit cum nullah beat

Eucharistici.

beat conscientiam culpe mortalis. Ita Soarez.

Dices talis, vel accedit dignè, vel indignè; si digne recipit gratiam, si indignè, peccat? Realis in se accedit indigne, at in sua estimatione dignè, ratione primi non recipie gratiam, ratione secundum non peccat.

Affirmat Vazq. disp. 203. cap. 1. in aliquo casu non esse illicitum sumere Eucharistiam in peccato mortali, ut si temporis angustia pressus non possit conteni, vel non posset discedere ab altari sincera, scandalo, vel infamia. Contrarium est dicendum cum Soar. disp. 66. scđt. 1. Soarez. cum in nullo casu liceat accedere cum peccato mortali ad Eucharistiam, in casibus predictis tenetur Sacerdos conari ad habendum contritionem, quam auxilio Dei elicit, etiam in ore speciebus existentibus, antequam eas deglutiatur, & casus dicti Metaphysici sunt, moraliter enim non accidere solent cum tantae temporis angustia.

Acc-

Tertia pars Trilogij

Accedere ad Eucharistiam in culpa mortalium non est grauissimum peccatorum, grauius autem peccat, qui cum gravioribus culpis accedit: dixi non esse grauissimum, quia cum se opponat virtuti religionis, peccata opposita virtutibus

Theologicis grauiora sunt. Puto autem cum Soarez disp. 6. 6. sect. 2. homicidium præcipue si sit coniunctum cum affectu damnationis occisi, esse grauius. Ducor 1. quia homicidium est dampnum irreparabile. 2. quia indignè sumens Eucharistiam non attingit omnino modum; & rationalem maliciam sacrilegii. 3. quia si culpa opposita virtuti religionis esset semper grauior culpa opposita virtuti moralis; furtum rei sacre in qualibet materia graui esset peccatum grauius homicidio & adulterio. 4. quia illud axioma, supremum insimi non attingit insimula superemi non est verum in moralibus, eo

Scot. 4. d. 43. q. 5. quod virtus non opponuntur adequate virtutibus, nec adequate attingunt, nec adæquate contrariantur illis, sed mo-

Eucharistici.

71

modus attingendi potest esse inferior, & lenior. Vnde saluo meliori iudicio cum tali circumstantia potest committi adulterium, quod sit culpa grauior indigna sumptione Eucharistæ. Vide Soarez contra alios.

Iesus in Eucharistia causat gratiam tempore manducacionis.

C A P. II.

C V M I E S V S in Eucharistia manducanti eius corpus vitam æternam promittat, & cibus in triplici statu possit considerari, nempe in ore, cum degluritur; & ad stomachum trahiatur, & denique cum persequerat ibi, ideo opportet inuestigare in quo statu ex his gratia conferatur.

Beccanus cap. 21. de Eucharist. q. 6. Beccanus, tenet gratiam dari, cum hostia sumpta est, etiam si ad stomachum transmissa

Tertia pars Trilogij

Vazq.
Mayor

missa non sit. Ex parte consentit Vazq.
disp. 203. cap. 2. Maior affirmat conferri
gratiā successiue toto tempore, quo dura-
rat sumpcio. Cum autē Eucharistia cau-
set gratiam in instanti ad modum agen-
tis naturalis, ideo eam suscipiens gratiā
recipit, cum hostia est in statu verē man-
ducationis, quē tunc completa censetur,
cum est traecta in stomachum, locum
idoneum digestioni, ita Sotus d. 11. q. 2.
ar. 1. de quo vide Soar. disp. 62. sect. 4.

Probatur gratia confertur ei, qui man-
ducat hunc panem, Ioan. 6. at qui panem
sumit in ore, non dicitur panem mandu-
care, alioquin Christus, qui in Cruce po-
tum gustauit, cum bibisse diceretur, &
qui cibum in ore sumit, non posset etiā
si eum proiiciat, communicare, ergo gra-
tia non datur cum est hostia in ore.

Dices Christus est in singulis partibus
hostiae, ergo causa sufficiēter applicata,
qualis est Christus, subiecto capaci, gra-
tiā dabit cum prima pars hostiae attin-
git stomachum. R. Cum prima pars ho-
stiae

Eucharistici.

72

Hic attingit stomachum, non est perfe-
cta manducatio, quia mōrus hostie non
est compleetus, sed compleetur cum ho-
stia quiescit terra, & non sit hoc cum pri-
ma pars hostiae attingit stomachū. Hinc
infero cum qui diu retinet hostiam in
ore, ita ut species corruptantur, non su-
scipere fructum Sacramenti, & si postea
cas traicit, quia Eucharistiā non sump-
sit.

Soar ex.

Soarez disp. 63. sect. 8. probabile putat
quod toto tempore, quo presentia Chri-
sti durat sub speciebus in stomacho, de-
tur gratia suscipienti, si se magis, ac ma-
gis ad eam se disponit. Contrarium autē
est dicendum cum Vazquez, disp. 203. Vazquez
cap. 2. O'allys; & docet expresse D. Tho. D. Tho. m.
q. 80. art. 8. quia gratia non est promissa
non manducanti, & bibenti, ut patet Ioa.
6. dum autem species sunt in stomacho,
non manducatur, nec sanguis bebitur

Deinde sequeretur ex opposita sente-
tia cum, qui in peccato mortali accepit
Eucharistiam, si confiteatur existentibus
in

Tertia pars Trilogij

in stomacho speciebus recipere fructū huius Sacramenti, atque talem peccare mortaliter, qui non se disponit ad gratiā, cū eius sit capax, dum sunt in stomacho species, quæ duo notauit Vazq. disp. 203. num. 22. & 24. ac denique maiorem fructum ab Eucharistia accipere, qui maiorem sp̄cierum quantitatē sumit, aut qui debilioris stomachi est cum plus ducat species.

Dices 1. ex Florentino cibus spirituālis causat omnes effectus, quos causat cibus corporalis, at iste causat effectum toto tempore, quo durat in stomacho. R. Imitatur sane cibum corporalem quantum ad omnes effectus, quos producit, non vero quantum ad modum operandi eius.

Dices 2. sententia opposita, exaltat Dei misericordiam erga nos, & excellentiam Eucharistię. R. Non satis est nisi id nobis sit notum ex diuina Scriptura, aut ex conciliis. Cum id pertineat ad institutionem Sacramenti dimittantur me-

Eucharistici.

73
tem ex Christi voluntate.

Hinc sequitur, quod cum efficacia huius Sacramenti a sola Dei voluntate pendeat, & non sit fundamentum ad assertendum transacta sumptione, & præsentia Christi, rēcedente quæ fictione suum effectum præstare, non debentis id concedere, sicut baptismō, qui non est iterabilis. Vide quantam reverentia debeas exhibere Eucharistię, quod accedens ad illam fide, non solum manes privatus fructu eius, sed etiam spe fructus. Ita Vazquez cum alijs multis contra Caiet. q. 79. art. 1. quæ existimat prōpter maiorem perfectionem Eucharistię tribuendum esse quod tribuitur baptismo, non aduertens, quod maior perfectione non attenditur in causalitate post fictionem, sed in collatione maioris gratiæ, & donorū in sumptione Eucharistię.

(A.)

K

Iesus

Tertia pars Trilogy

Iesu in Eucharistia replet esurientes
gratia, & donis. CAP.III.

D.Tho.

O Quam suavis est Domine Spiritus tuus, qui ut dulcedinem tuam in filios demonstrares, pane suauissimo de cœlo præstito esurientes reples bonis gratiis, & donis. Vide cœlestis luminis irradiationem, & diuinæ gratiæ irrigationem.

Quia Eucharistia cœleste est donum, ideò non solum quod petimus, immo etiā quæ humana fragilitas aut nescit, aut nō præsumit petere, gratuito munere largitur. *Strabus ad 3. Reg. 10.*

Quia Eucharistia est coniunctio Christi cum communicante, ideò vim confert ad exercendos pios actus amoris erga Deum, & unionis cum Christo, ideò que per hanc escam dicitur homo transformari in Christum. *D. Aug. lib. 7. confess. cap. 10.*

Quia

Eucharistici:

74

Quia in Eucharistia uincit fidélis cū suo capite, vim recipit ad diligendum proximum, ut omnes in Christo uian- tur, ut sub uno capite, *Concil. Trid. seß. 13. Trident. cap. 2. & 8.*

Quia recepta Eucharistia in nobis Iesu manet, qui est nostra pax, idèo præbet auxilia specialia ad extingendum fomitem, & moderandum appetitum, ut facilius ad bonū disponamur. *D. Tho. D. Thom. q. 79. art. 1. S. Cyril. Epis. Alexan. lib. 4. in Cyril. Ia. cap. 17.* Sucumbit homo, vel propter debilitatem potentiaz, vel propter ardorem concupiscentie, vel propter obiecta; quæ fortiter mouet; cibus hic conferit auxilium, ut appetitu resistamus, per manutencionem temperat ardorem, & remouet obiecta, quæ fomitem alliciunt.

Quia in Eucharistia datur auxilium gratiæ actualis ad excitandam deuotionem, & seruorem charitatis, ideò per eā preleruamur à peccatis futuris, *Concil. Trid. seß. 13. cap. 2. D. Thom. q. 79. art. 6.* *Trident.*

Quia in Eucharistia uerimur, ideò K i pec-

alijs pro quibus offertur. D. Tho. in 4.d.
45.q.2.

Iesus in Eucharistia manet in communione per modum specialis unionis. C A P. IIII.

D.Tho.

Tertia pars Trilogy

peccata venialia per se potest remittere. Sicut in naturali nutritione, quod quotidie detrahitur vi iugnati caloris; ita Eucharistia restaurat quod per peccata venialia amissimus de seruore charitatis.

Communiter DD. cum D. Tho. q. 79. art. 4. & Triden. ses. 13. cap. 2.

Quia Eucharistia est Sacramentū, & sacrificiū; ratione primi solū remittit paenā pro culpis remote, & indirecte excludendo actum seruidæ charitatis iuxta gradum eius. Ratione secundi habet per se, & directe vitam satisfaciendi pro culpis quantum ad paenam. D. Tho. art. 5. Soar. disp. 66 sec. 10.

D.Tho.
Soarez.

Quia Eucharistia est vitæ Eternæ pignus. Ideo gloria speciali modo ei tribuitur, in quātū dat auxilia ad perseverādū, ad quod cōsequitur gloria. D. Tho. art. 2.

D.Tho.

Quia Eucharistia est Sacramentū pro omnibus institutū, ideo prodest viuis, & defunctis, & ad omnes extēditur. Ex ope re operato ut Sacramētū, prodest suscipiēti, ut sacrificiū; prodest suscipienti, &

alijs

Q VI manducat meā carnē, & bibit meū sanguinē, in me manet, & ego in illo. O vox dulcis. Ego maneo in illo ab ipso māducatus; ille autē in me a me sumptus. Illa vox, manet, nō solū ad vniōnē voluntatū, sed ad vniōnē corporum quidā, quos tacto u nomine citat Soar. disp. 64. referunt; adeo ut dicant Eucharistiā Soarez; dignè acceptā in corpore efficere quasdam qualitates Physicas, per quas Christi corpus vnitur corpori recipientis.

Singularis est hic modus, & fere temerarius, cum fundamentum non habeat in sacra scriptura, & Cōcilij, & S. Patribꝫ sine quorū autoritate nō omne, quod est possibile in hoc Sacramento, est admittēdū. Vnde in carnis Christi cū corpore

pore dignè communicantis non est Physica, cum caro Christi non vniuersit immediate cū corpore nostro, nec habeat contactum Physicum. Deinde figura tuum est asserere, quod Christi caro per omnem corporis partem difundatur, sicut dum cera liquata alteri cere liquata infunditur, & SS: Patres, qui ita loquuntur, per metaphoram sunt intelligendi.

Martinez

Petrus Martinez in Episto. Iude reuocuit Eucharistiam nihil efficere in corpore suscipientis, sed solum ratione gratie in anima causatæ, redundare aliquos effectus in corpus, Cardinalis Mendoza apud Antonium Higuum, d. 8. q. 3. acriter defendit unionem carnis nostre cum Christo in Eucharistia.

Mendoza
Hiquens.

Dicendum est autem quod corpus dignè communicantis recipit quandam specialem protectionem a Deo, ut illo die protegatur, & consoletur ab eo. Hoc indicat illud Canonis propositum mihi ad testamentum mentis, & corporis.

Cif-

Circa unionem carnis Christi cum communicante duo sunt modi probabiles. Primus est Suarez intercedere vniione Physicam per quandam propinquitatem, & contactum mediis speciebus cum communicante, moraliter vero per affectum amoris non ut cuncte, sed specialitate contactus corporis Christi, Chrys. hom. 67. ad papu. vnum quid sumus tamquam corpus capiti coaptatum, ardenter enim amantium hoc est.

Alter modus est quem ponit Vazq. disp. 204. cap. 5. cum aliis Christum vñiri etiam corporaliter cum dignè communicante, ita ut fiat cum eo vnum corpus, & una caro, idque non tantum duret, quandiu species consecratæ permanent, sed etiam deinceps, admodum cuiusdam vinculi, & matrimonii spiritualis.

Vide ipsum loco
citat.

K 4

Iesus

Tertia pars Trilogy

Iesu in Eucharistia causat gratiam secundum gradum dispositionis.

C A P . V .

Psal. 118. Q Valis tu Eucharistiæ, taliſ tibi quoad effectus Eucharistiæ eſt. Dilata os tuū, & implebo illud ait David Psal. 80. quia reuera ipſi Innocentes, qui agnum accipiunt iuxta dispositionem maiorem, vel minorem gratia donantur, ad eo, vt qui ex natura ſua ditifimus, & munificencifimus eſt in hoc Sacramento inſtar agentis naturalis operatur. Cum ergo gradus gratiæ dentur iuxta gradum dispositionis, accede, deuote, vt fructum copioſum accipias.

Caietan. Adeò requirit Caietan. deuotionem ad fructum huius Sacramenti, vt dicat etiam iustum gratiam non percipere, niſi ſuscipiat cum actuali deuotione Eucharistiæ. 1. quia Eucharistia confert gratiam per modum nutri-

Eucharistici.

77

menti, autrumentum autem non nutrit nos, niſi cum vita ad hoc concurramus. 2. quia plures Sacerdotes per plures annos celebrantes inueniuntur in deuoti, pigri, & tepidi, qui si deuote acciperent Eucharistiæ, valde feruidi eſſeat, intensiſſima charitate prædicti.

D. Tho. q. 79. art. & DD. communiter D. Thom.

tenent iustum augmentum gratiæ recipere ex cōmunione dummodo aliquomodo voluntariæ, & humane modo eā ſufcipiant. 1. quia hoc ſufficit in omnibus aliis Sacramentis. 2. quia Eucharistia dat gratiam ex opere operato non ponenti obicem: iustus autem nō ponit obicem. 3. quia olim dabatur Eucharistia infantibus caretibus vſu rationis.

Ad 1. argumentum dico quod cibus corporalis conuertitur in nostram substantiam, & ideo ad id indigemus actione in Christū; at cibus spiritualis conuertit nos in ipſis & ideo habet ſe per modum agentis, nos per modum patientis. Ad 2. ideo in illis augeri charitatem; hoc autem non

Tertia pars Trilogij

non ita apparere ob prauas inclinatio-
nes, quas illi retinent, has enim super-
naturales habitus per se non reprimunt,
nec inclinant sensibiliter ad deuotio-
nem.

Inquires si detur casus, vt Sacerdos
accipiat hostiam in culpa mortali, at po-
stea se disposuit contritus, & sumpsie san-
guinem; recipiet gratiam ex opere lope-
ratio? R. Recipiet sanè, tūm, quia vt sta-
tim dicam, maior gratia datur per am-
bas species, quam per ynam; tūm etiam
quia causa sufficienter applicata suum
effectum producit. Ita Soar. disp. 6. 3. sect.
8. cum aliis, qui cum aliquibus tenet nō
dari maiorem gratiam suscipienti ynam
speciem, quam duas.

Soarez.
Trident.

Probat 1. ex Trident. sess. 21. cap. 3. vbi
deciditur nulla gratia necessaria ad salu-
tem fraudari eos, qui ynam solam speciem
recipiunt. 2. quia in quelibet specie est
totus Christus ergo per quamlibet spe-
ciem datur gratia huius Sacramenti, &
in qualibet specie est virtus causativa,

cum

Eucharistici.

78

cum non sit alia virtus causativa gratiae,
nisi solus Christus. 3. quia sic maior con-
uenientia cernitur, qua Ecclesia statuit,
vt laici in yna tantum specie communi-
cent. 4. quia sic melius saluatur utramque
speciem esse ynum totale Sacramentum,
quia in utraque est eadem virtus.

Contrarium iudico probabilius cum
Vazq. disp. 122. cap. 1. quia quelibet spe-
cies habet suam significacionē, & diuer-
sum modum reficiendi; altera per modū
cibi, altera per modum potus: ergo di-
uersam gratiam debent causare; Sacra-
menta enim efficiunt quod significant.
Adde quod in yna sola specie non salua-
tur integra significatio huius Sacramen-
ti, sicut nec integra ratio cōuiuii: si enim
in yna saluatur, ad quid alia species est
instituta?

Deinde licet Christus sit causa gratiae,
non tamen vt sic, sed vt significatur per
signum sensibile: cū ergo signū sensibile
sit diuersum, gratia diuersa datur. Deni-
que Clem. 7. concessit Regi Gallia anno

1541.

Tertia pars Trilogy

1541. communionem sub utraque specie addens ad majoris gratiae augmentum.

Ad 1. R. Concilium potius nobis facuet: dicendo enim non fraudari vlla gratia necessaria ad salutem, insinuare videatur aliqua gratia fraudari, non tamen necessaria ad salutem. Ad 2. R. Patet ex dictis, Ad 3. R. Iustis de causis potuit concilium laicos priuare gratia vnius speciei, & si sciret dari maiorem gratiam per utramque. Ad 4. R. Ratio perfecti conuiuii recte saluatur secundum hanc sententiam, ut dixi p. p. cap. 10.

Iesus in Eucharistia habet triplicem modum sumptionis. CAP. VI.

*V*Iros desideriorum etiam suscepit Eucharistica mensa, nam triplice distinguit Trident. se. 13. c. 8. modum suscipiendi Eucharistiam. 1. spiritualiter tantum, ut qui voto, & desiderio sine reali sumptu fructu appetunt hoc Sacramentum fructus

Eucharistici.

79

felicis statu gratiae. Sancti hanc communionem multum commendat, quia ut ait concilium ubi supra fructum eius, & utilitatem sentiunt, fructum sane, quia recipiunt gratiam ex opere operantis, quae enim debetur ex opere operato reali susceptioni promissa est, sic D. Thom q. 80. art. 4.

D. Tho.

Huius communionis non sunt capaces Angeli, & beati, qui alio modo vniuersit Christo per visionem Dei manifestam. Nec S. Patres antiqui hoc modo communicauerunt, sed soli in figura ex D. Paul. Corio. Paul.

Sacramentaliter vero comunicant, qui re ipsa suscipiunt Eucharistiā, & existunt baptizati. Vnde infidelis soli materialiter potest suscipere Eucharistiam. Ita DD. communiter contra Glossam, & Marsili. q. 6. art. 4. Non autem recipiunt Glossa, gratiam ex defensione dispositionis. Marsili.

Sacramentaliter, & spiritualiter sumit, inquit D. Bon. 3 p. centilo, c. 5. qui sumit Eucharistiā ore carnis, & ore cordis, discerneris hunc cibum ab aliis per fidem; hospitium preparas per sui probatio-

D. Bonav.

Tertia pars Trilogij

tionem, in hospitium paratum recipiens magna deuotio[n]e.

Huius communionis sunt capaces omnes baptizati, qui sunt in gratia Dei, etiam usu rationis carentes; ut infantes, ne[st]ant[ur] sint capaces confirmationis, & ordinis, ut docent communiter DD. Non autem expedit dare defacto proprii reverentiam tanti Sacramenti. Vnde consuetudo dandi Eucharistiam parvulis sublatâ est per ipsam consuetudinem, & existimationem Ecclesiae, licet non extet expressa prohibitio. *Auersa q.8. sect. 1.*

Qui vero aliquando usum rationis, sed postea phrenesi, vel amentia correspondi sunt, possunt accipere Eucharistiam, si antea huius Sacramenti deuotione ostenderint, que deuotio intelligitur probabilis dispositio. D. Thom. q. 80. art. 9. qui in D. Thom. 4. d. 9. q. 1. art. 3. docet Enargumenis ad[m]onere possensis esse dandâ Eucharistia, si nō priuatur usu rationis, & secluso periculo irreverentie, & paucim in Ecclesiâ exerceatur.

Dices

Eucharistici.

80

Dices, eum D. Paul. dicat prober autem seipsum homo, & sic de pane illo D. Paul. edat, cur communionem extendimus ad parvulos, & perpetuo a mentes, & si non deceat, qui non sunt capaces probationis? R. quoniam D. Paul. locutus fuit de adultis, qui rationis sunt compotes non per hoc excludens alios. Vnde si rationis compos casu, & inscienter sumeret hostiam consecratam, nullum perciperet fructum, quia debet habere voluntatem, & intentionem: at si infantes casu sumerent, reciperent fructum Sacramenti, quia non indigent voluntaria intentione: nec requiritur ex parte dantis intentio, cum derur Sacramentum confectum, & haec de

3. parte.

TRA.

TRACTATVS DE APPARATV AD MISSAM.



Mar. 14.

Theophil.

RÆCEDENTI parti
affinis est iste tracta-
tus; cum enim de ef-
fectibus Eucharistiae
dixerim, restat, vt de
dispositione ad eos
suscipiendos sermo-
nem instituam. Magna Christi pauper-
tes, magna discipulorum in opis, quo vis-
camus, & paremus tibi, vt manducemus
Pascha. Mar. 14. vide quod Christus
hospitium aliquod non habebat, sed n*on*
que discipuli, inquit Theophilatus, pro-
prias domos, si enim haberent, duce-
rent Iesum ad illas. Locum considera-
vbi Eucharistia celebratur. In domo di-
uitis paratur cœnaculum grande statu-

vt intelligas ad celebrationem tanti my-
sterii, & susceptione tanti Sacramenti
sacrum rerum apparatus debere prece-
dere, materialem, & spiritualem appara-
tum tibi describam, multum me scire
ostendens, me ipsum nescias, vir ego
immundus puram Sacerdotis conscienc-
iam describens, ipsemet cæcus perma-
nens, & circa alios oculatus existens, fra-
terna tamen charitate coactus hunc tra-
ctatū cōficio ad honorem Domini Iesu,
qui à me, & à te exigit quod gratis do-
nauit.

Iesu in Eucharistia exigens appa-
ratum Ecclesie. CAP. I.

Cœnaculum illud grande, quod iussit
Dominus præparati, vt Missam pri-
mā celebraret, quid est aliud, ait D. Hiero-
nimi magna Ecclesia, in qua narratur
nomen Domini strata varietate virtutū
Sacerdotum, & linguarum prædicato-
rū, Ecclesia est ergo locus, in quo Mis-
sa L ee.

Tertia pars Trilogy

Setus.

Paul. V.

Gauan.

Diana.

Portel.

celebranda est, cap. placuit, cap. nullus præsbyter i. & extra illam Missam celebrare graue peccatum est, ita DD. com muniter contra Setum, d. 13. q. 8. Poteat autem celebrari Missa in oratorio, & a liis locis a Papa, & Episcopo designatis. Sed Paul. V. anno 1615. facultatem ab studiis ab Episcopis dandi licentiam, ut celebretur Missa in oratorio domus fæcularium, hoc que reseruauit Sedi Apo stolicæ. Gauan. in Rubri. Miss. p. 1. tit. 20.

Quod nō intelligitur in Palatio Episcopi, in quo licet illi celebrare, alteri vero non nisi Episcopo præsente. Diana 4. p. tit. 4. resoll. 15:

Ex priuilegio iuris cap. vlt. de priu. in 6. concessum est ipsi Episcopo, ut in itinere possit in loco decenti non sacro celebaret cum Altare portatili, vel facere, ut alius coram ipso celebret, etiam in aliena Diœcesi. Portel. in respo. mor. p. 5. c. 20.

In necessitate potest celebrari in loco non sacro, dummodo adsit altare portatile

Eucharistici.

82

tile consecratum de licentia Episcopi, si commode haberi potest, vel si non adest commoditas sine ea, cap. concedimus, de consecr. d. 1. Necessitas est pro nauigantibus, qui peruenient ad Iythus, pro militibus in castris, quando in festo solemnii abuudat multitudo populi, & Ecclesia est parua, quando plures iter agunt in die festo, & non est Ecclesia. Aversa, Anversa. q. 1. l. sect. 14.

Violatur Ecclesia 1. ex læsione iniuria facta homini, aut eum occidendo, aut sanguinem fundendo. 2. ex voluntaria, & publica effusione seminis humani, sive cum copula, sive sine illa. 3. ex sepultura hominis excommunicati vitandi, vel non baptizati, etiam infantis extra uterū matris existentis. Ita DD. com muniter.

Si Ecclesia est consecrata ab Episcopo reconciliari debet, & non ab alio, etiā de illius licentia. Lugus, disp. 20. num. 5. 1. Sed ex priuilegio Papæ potest à Regula ribus propria Ecclesia consecrata recō-

Lugus.

L 2

ci-

Tertia pars Trilogy
*ciliari, quod si Ecclesia est tantum benedicta, potest a simplici Sacerdote reconciliari; ex condescentia autem si commode haberi potest, sit ex licentia Episcopi, non tamen ex necessitate. *Lugus vbi sup.**
Lugus. *Sed reconciliata non remanet, ex eo quo in ea celebretur, sicut nec manet benedicta eo quod in ea celebretur. *Auersa vbi sup. cont. Castrum lib. 2. de pen. cap. vii.**

Iesus exigens apparatus altaris.

CAPUT II.

*MISSÆ mysterium peragi debet super altare ad hunc usum deputatum, quod debet esse lapideum. *S. Tho. q. 83. art. 3. Et habetur de consecr. d. i. In Ecclesia autem Lateranensi altare lignum retinetur, quia in eo S. Petrus celebravit.**
Debet esse unus simplex lapis, non ex pluribus compactus, quia Christum significat, qui non duo, sed unus est.

D. Tho.

D. Tho. q. 83. art. 3. Debet esse talis dispositionis, ut calicem, & patenam saltē pro maiori parte capere, & retinere possit, decens autem est, ut aliquanto amplius sit, ut commode Sacerdos in eo sacra vasa reponat.

*Altare proprie Ara dicitur, & altare portatile, eo quod dimoueri potest hinc, & inde. Solet autem nō mē altaris tribui roti moli supra, quam Ara collocatur. Si vero totum altare firmum fuerit consecratum, non est opus altari portatili. *Bonac. disp. 4. q. vii. p. 9. Ara debet esse ab Episcopo consecrata ad indicādam gratię pinguedinem, at ex dispensatione Papæ potest a non Episcopo consecrari.**

*Olim cap. placuit de consecrat. d. i. iussum fuit quod aliquibus reliquiis altare consecratum decoraretur, idque significatur in Missa dum dicitur, quorum reliquiae hic sunt; sed ut recte notauit *Vazq. disp. 133.* iam consuetudine contraria est derogatum ob diffi-*

L 3

cui-

Tertia pars Trilogy

cultatem habendi reliquias ad altaria.

In prato spirituali legitur, cap. 4. Et
10. dari Deo Angelum custodem alta-
ri consecrato.

Super hoc Altare, & Aram debet Sa-
cerdos retinere hostiam, & calicem a
consecratione usque ad sumptionem, &
formulas, quia ad idem facti siccum spe-
stant, quas formulas liberum est repo-
nere in sacrario absque Ara. *Auersa.* q.
14. sect. 13 contra *Vazq.* d. 233. n. 6.

Vazquez. Notat *Gauant.* p. 1. tit. 20. quod ob digni-
tatem Episcopalem statutum est, quod
vbi Episcopus celebrait, nullus ea die
celebret, sine eius licentia saltrem tacita,
at hoc derogatum est. *Azor.* lib. 1. c. 27.
Ad quam partem altare debeat ponni, vi-
de *Vazq.* d. 233.

Azor.
Vazquez. Deperditur consecratio altaris cum
notabiliter frangitur, ita ut in residuo non
possit commode contineri pes calicis, &
hostia cum patena, aut quando omnia
cornua, quae iunguntur, sunt fracta, aut quan-
do frangitur, vel amouetur loco sepul-
crum,

Eucharistici.

84

crum, in quo sunt reliquiae Bonac. disp. 4. Bonacina
q. vlt. p. 9.

Iesus in Eucharistia exigit appara- tum Sacrorum vasorum.

CAP. III.

Requiruntur vasa sacra ad celebran-
dum ab Episcopo consecrata ad co-
tinendum corpus, & sanguinem Christi.
Patena dicta est a patendo, quia patula
est, vel quia dispensis, patentibus que o-
ris sit. *Gau.* 2. p. tit. 1. Calix a voce Graeca
dicitur, id est aqua calida, quam in vino
mixtam habebant veteres in delitijs, vt
docet *Persius.*

Gau.
Persius. Vasa sacra solum possunt fieri ex au-
ro, vel argento, vel ob paupertatem ex
stano, cap. vt *Calix de cons. d. i.* & ratio
reditur, quia ex aliis metallis ex vino ru-
bigine contrahunt, & ad vomitum pro-
uocarent. Proh dolor, ait S. Bonif. mart.
olim fiebant calices lignei, & in calici. *D. Bonif.*

L 4 bus

Teria pars Trilogy

bus ligneis aurei Sacerdotes celebrabāt,
bunc autem lignei Sacerdotes in calici
bus aureis celebrant.

Deperditur consecratio vasorum, si frā
gantur, aut ita notabiliter immutentur,
quod reddantur inepta ad ministerium.
Ita omnes DD. Si cupa calicis diuella-
tur á pede iam perditur illius consecra-
tio, licet iterum conglutinetur. Secus
effet si cupa cum pede iunctura quadam
tornatili adaptetur, vt facili moru, & gy-
ro distrahatur, & coniungi possit. *Auer-
sa.*, q. 11. sect. 13. quod si paulatim in
auratio deleatur, non per hoc censetur
deperdi benedictio. Et si iterum in au-
retur, aliqui cum *Lugo*. disp. 20. num. 95.
putant non deperdi. Sed *Soar.* disp. 81.
sect. 7. corrarium putat, eum illa crusta
auri licet tenuissima, sit pars principa-
lis, & illam solū perlinit Episcopus con-
secrans.

Adhibetur aliud vas ad exponendum
publice Sacramentum, illud que in pro-
cessionibus deferendum, & appellatur
osten-

Eucharistici.

85

ostensorium de quo nihil habetur in iu-
re: sed ex reverentia debita tanto Sacra-
mento seruanda est probata cōsuetudo.

*Iesus in Eucharistia exigit apparatu
corporalium.* CAP. IV.

AD sustinendum sacra vasa, & Chri-
sti corpus requiritur linteum e lino
cōfectum, quod dicuntur corporale, cuius
pars quedam disiuncta est palla, quæ di-
uiditur cooperiens calicem. Debet esse
benedictum ab Episcopo, aut ab alio ha-
bente potestate, quæ benedictio non de-
perditur ob solā lotionem, sed si ita scia-
datur, & laceretur, vt non remaneat eius
pars apta ad usum sacrificii. Purificato-
rium autem non indiget benedictione,
licet debeat lauari, sicut corporale. *Villa-
lobos, tract. 7. dif. 19.*

Ratione dictæ consecrationis vetitum
est laicis, ac facris virginibus Deo dieatis
contingere sacra vasa, & corporale, cap.

in

Auerja.

Zugus.
Soarez.

Tertia pars Trilogy

in sancta de consec. d.i. cap. non licet.
Eum tamen contactum non esse mortale
secluso contemptu, & scandalo nota-
Vazquez. uit *Vazq. disp. 233. n.37.* effet autem mor-
tale ea adhibere ad profanos usus, & id
est de vestibus, DD. communiter.

Iussum est etiam ut corporale laue-
tur à Diacono, & lotio mittatur in sacra
piscinam esp. nemo, de consecrat. d. i.
quod intelligitur de prima lotione, qua
per acta poterit corporale tangi à laicis,
Anversa. etiam à foeminis. *Anversa, q. II. sect. 13.*
Villalob. Hoc vero obligat sub mortali. *Villalob.*
vbi sup. qui ait non esse culpam grauem
primam lotionem fieri in flumine, cum
ibi cesserent omnia inconuenientia.

*Iesus In Eucharistia exigit appara-
tum vestium Sacerdotalium.*

C A P. V.

*V*Estes quibus Sacerdos procedere
debet ad celebrandum, sunt Ami-
etus,

Eucharistici.

86

etus, Alba, Cingulum, Manipulus, Stola,
Casula, quæ omnia esse debent bene-
dicta ab Episcopo, aut ab habente priu-
legium, & si aliqua ex his omittatur vo-
luntarie: grane peccatum est, & potest
assumi vnum vestimentum pro alio, vt
stola, pro cingulo.

Aliqui DD. & non iudicat improba-
bile *Lugo, disp. 20. n. 102.* dicunt soloni
esse peccatum veniale, vel nullum in ca-
Lugus.
su necessitatis sine cingulo celebrare,
quia indumentum est minus considera-
bile, & non tam indumentum, quam in-
dumentorum ligatura.

Deinde in casu necessitatis, licitum
fore celebrare absque uno, vel altero ex
leuioribus vestibus, vt pote manipulo,
vel stola, admittit *Soar. disp. 82. se Et. 3. cū
alij, quia defectus talis vestis non indu-*
Soarez.
cit grauem irreuerentiam.

Deperditur harum vestium benedi-
ctio, si ita scindantur, vt ad hoc ministe-
rium reddantur ineptæ, aut formam mu-
tent, vnde si ab Alba vna manica disua-
tur,

Tertia pars Trilogy

tur, & si postea iterum ponatur, perditur benedictio, secus esset si ita erat adaptata, quod solum funiculis coniugetur, & facile coniungi, & se iungi possit, sicut diximus de calice tornatili. *Auersa* q. 1. se Et. 13. qui addit non desperdi cinguli benedictionem, & si scindatur, dummodo quod remanet sufficiens sit ad usum cingendi, & ita ex uno cingulo possunt duo fieri.

Marth. Amictus significat velamen illud, quo Iudei faciem Christi velabant. *Marth.* 26. dicentes: prophetiza quis est, qui te percussit. Quoad mores significat armaturam fidei, qua Sacerdos debet esse munitus.

Cingulum significat ligamen, quo Iudei in horto Iesum ligauerunt: moraliter significat castitatem, qua Sacerdos præfulgere debet.

Alba significat illam vestem albam, qua Herodes Iesum induit in signum amoenitatem: moraliter significat innocetiam, quam Sacerdos ad altare apportare debet.

Ma-

Eucharistici

87

Manipulum significat secundum ligamen, quo manus Iesu sacratissime fuerunt columnæ alligate: moraliter significat contritionem, quam Sacerdos perferre debet.

Stola significat ultimum ligamen, quo ad crucifigendum Iesus ductus est: moraliter significat iugum Dominice legis, quod ferre debet Sacerdos.

Casula significat tunicam inconsutilem, seu vestem purpuream, qua fuit Iesus induitus: moraliter significat charitatem, quem nuncupatur vestis nuptialis. Hanc frater chare ad celebrandum porta, ne audias, quomodo intrasti a nube non habens vestem nuptialem. Induens te supradictis vestibus debes recitare orationes in Missali assignatas: quamvis non obligant sub culpa mortali. *Pitigia* d. 13.

q. 2. art. 10.

.3.

Iesus

*Iesu in Eucharistia exigit apparatus
alium rerum. CAP. VI.*

Præter supradicta est debita celebra-
tioni Missæ Crux ad ornatum altaris,
quæ debet esse in medio, id est in medio
candelabrorum, quia Christus per Crucem
fecit utique unigeniti. *Innoe lib. 3. cap.
21.* Non obligare sub mortali, quod sic
cum eam celebratur, docet *Soar. disp. 81.
sest. 6.* Nec requiritur secundum aliquos
in altari, ubi corpus Christi assertur, ut
reputat probabile *Lugo disp. 20.* Sicutem
est verum quando publice est expositum
Sacramentum. *Auersa, q. 11. sest. 13.*

Debet esse duas candelæ ex cera: obli-
git que sub mortali, at in necessitate non
multum gravi potest celebrari cum una
candela. *Layman. tratt. 5. cap. 16.*

In necessitate posse celebrari cum lu-
mine de oleo, admittit *Soar. disp. 81. sest.
6.* Imo, & cum candela de seuo, vel adipe

per-

permittit *Azor. lib. 10. cap. 24.* Causa à nu-
mero candelarum superstitione, atque
ad rubricas Missalis, quibus stare debes.

Debere esse Missale in Altare, cuius
pars quædam est tabella secretorum ad
Sacerdotis commoditatem. Et si Sacer-
dos probè mente caleat totam Missam,
ita ut moraliter sit securus, debet habere
sub mortali Missale, docet *Filiuc. tract. 8.* *Filiucius
c. 5.* licet contrarium teneat *Vazg. disp. 233.* *Vazquez*
cum alijs. Sed ad apparentiam, & vitan-
dum scandalū debet esse liber in altari.

Debet etiam Sacerdos adhibere ad-
ministrandum in Missa virum, non fœ-
minā sub onere culpæ gravis, & in nullo
casu posse fœminam ministrare docet
Soar. disp. 85. sest. 1. Vnde Eremita non potest
sine dispensatione celebrare sine mi-
nistro, quia voluntarie in eo statu perfi-
dit. *Bonac. disp. 4. q. vlt. p. 9.* *Bonac.*

Per viscera Dei nostri, & sanguinem
Iesu Christi, quem quotidie Sacerdos
sumis, te rogo, ut quæ sunt necessaria ad
Missæ celebrationem conserues pura, &

mun.

*Innocent.
Searez.*

*Lugus.
Auerja.*

Layman.

Searez.

Tertia pars Trilogij

Hugus mundanus sis de numero illorum Sacerdotum, de quibus inquit Hugo de Sancto Victore, lib. 12. de abusibus.

O Tio vacane,
Ebrietatibus student,
Terrena sapiunt,
Assidui in plateis,
Rari in Ecclesijs,
Tardi ad vestigandum culpam peccatoris,
Parati ad inquirendum vestigium leporis,
Libentius congregant canes, quā pauperes,
Velocius panē cani, quā pauperi porrigitur,
Plures seruant ad mensā, quā ad Missam,
Thalamus ornatior, quam Ecclesia,
Mensa paratior, quam altaria,
Scyphus Calice pretiosior,
Equus Missali charior.
Cappa pulchrior casula,
Camisa delicatior, quam Alba,
Et quod horribile est auditu,
Mundiora fæmorilia, quam corporalia.
Hæc attende, ne sis unus de Sacerdotibus, qui tot vitijs inficiuntur, à cuncto

popu-

Eucharistici.

89

populo contemnuntur, à tyranis, & principibus corroduntur, & finaliter in inferno á dæmonibus affliguntur.

Iesus in Eucharistia exigens anima puritatem.

CAP. VII.

SACERDOS antequam ad celebrandum accedat, ita se debet disponere, quod nos habeat conscientiam peccati mortalis. Trident. Sess. 13. cap. 7. Et can. Trident. 1. Nefis Scrupulolus ait D. Bon. apud D. Bona. Trulench lib. 3. cap. 6. disp. 4. sed facta pro Trulench. batione diligenti, & examine tuæ conscientiæ, postea ne cogites de propria dispositione, sed de altitudine tanti mysterij, & id cedit in maiorem reverentiam Eucharistie. Sunt vero aliqui casus in quibus licet sine confessione celebrare, sed in omnibus debet haberri dolor de peccatis, qui sit existimata contritio.

M

Certi

Tertia pars Trilogy

Certi sunt, cum imminent mortis periculum, nisi celebret; dummodo non sit in cōceptum legis. Aut si sit morti proximus, & constitutus in articulo summae di viaticum. Item si debeas celebrare, vt des alteri viaticum. Rursus si Sacerdos videat ex non celebratione oriri scandalum aliorum, aut patiatur detrimentum sua fama, honor, & estimatio. Item si non potest confiteri nisi per interpretem; aut esset confessor, qui nollet cum audiire, aut absoluere vel adest Sacerdos, sed non habet iurisdictionem, vel est irregularis, suspensus, interdictus, excommunicatus vitandus: dummodo non sit in articulo mortis; tunc enim a quolibet Sacerdote potest absolui. Item est confessor, sed item poenitens revelationem confessionis, vel aliud graue detrimentum. Ita DD. communiter.

Casus dubii sunt, si Sacerdos conscientius culpae mortalis potest celebrare adstrictus praecepto audiendi Missam, & non sit alius, a quo eam possit audire;

Qui.

Eucharistici.

90

Quidam affirmant, sed melius negat Soarez disp. 67. sect. 4. Si adest Sacerdos, Soarez cui non incumbit cura animarum, & vrget obligatio communionis Paschalis, non potest celebrate, ad se, & alios communicandum. Bonau. q. 6. p. 1. contra aliquos, quia magis vrget praeceptum praeiux confessionis ante communionem. Si vero talis esset parrochus, cui incumbit onus celebrandi, non solum die paschatis, sed & die festi quo potest celebrare, sine praevia confessione, quod non licet simplici Sacerdoti, qui non est deputatus, vt populus audiat Missam.

Casus varii sunt. Si pro occasione communionis occurrat solemnis dies, in quo communicare quis cupit. Si sentit se ad celebrandum magna deuotione accendi. Si pro voto aut praecepto tenetur celebrare. Si erat celebratus pro anima alicuius defuncti, quem suffragijs creditur indigere. Si habet copiam confessoris, sed expectabat alium ad

M 2 maio-

Tertia pars Trilogy

Auersa.

majorem communitatem, his, & aliis casibus non licet celebrare sine confessione. *Auersa, q.8. se Et. 6.*

Lugus.

Soarez.

Si in Missa committis aliquid peccati mortale, vel recordaris fecisse, & non confessum, si est commoditas confitendi; teneri confiteri, nisi adsit scandalum, in qua cuque parte missæ. *Lugus disp. 14. num. 11. liceat Soarez dicat si occurrat post consecratio nē, non teneri ob sacrificij reuerentiam.*

Decretū de non celebrando sine prævia confessione ligat eū, qui dubitat peccata mortaliter, quia peccata mortalia dubia confiteri tenemur, & Cœciliū loquitur de peccatis, quæ confiteri tenemur.

Mayron.

Qui in culpa mortali celebrat, duo peccata mortalia committit, comunicando, & consecrando, non distincta specie, docet *Mayron. d. 8. q. vii. sed numero, qui bene tenet grauius esse communicare, qui consecrare, cum primū ad secundum ordinetur. Cū peccato veniali quātumvis graui non est culpa mortalis, imo nec venialis, si solum est peccatum habituale, si*

Eucharistici.

91

autem committitur in ipsa celebratione, aut sumptione, erit nouum peccatum veniale, quia præfert aliquam irreuerentiam posituam. *Soar. disp. 66. se Et. 1.* Soarez.

Præcipit Tridenti *vbi sup.* quod qui vrgente necessitate sine prævia confessione celebrat elicta cōtritione, quā pri mum confiteatur. *Villalob. tract. 7. dif. 37.* Villalob. in dubiū vertit an obliget sub mortalitate. Cōmuniter autē DD. agnoscunt sic obligare, quia sunt verba preceptiva: quinimo *Scot. d. 9. q. i.* indicat ex iure diuino oriri hanc obligationē. Illud quā primū moraliter est intelligendum intra duos dies.

Dictum decretum comprehendit Sacerdotem celebrantem prætermissa confessione ob inopiam confessoris ex necessitate, & tamen sine cōtritione. *Vazq. Vazq. disp. 208. n. 22.* Non comprehendit autē celebrantem ex malitia in culpa mortali. *Soarez disp. 66. se Et. 7. qai vero inchoata Missa recordatur sui peccati ante cōmunionem adstringitur dicto decreto.* Soar. *Soarez vbi sup.*

au-

M 3

Iefus

Iesu in Eucharistia inuitans ad communionem, CAP. VIII.

VT magis mens deuota intendat cōscientię puritati, & cordi munditiae, visum fuit mihi apponere verba dulcia dilecti Iesu ex diuinis literis, & S. Patribus desumpta, quibus inuitat ad communionem, ad formam Philomenæ sancti Bonaventuræ. Si ad hæc verba nō emollioris, lapis es, & non caro; si non liqueficit ad hunc calorem, glacies es, & non cor, lege attente, recognita mente, quia nescio per quam viam Deus amplius te requirat, ex quo per hanc penitus non te habet.

Psal. 44: **A** More si divina, ó mens es ignita,
timore filiali si forte sulcata,
populum tuum, domum patris obliata,
inclina aurem tuam, vt audias ita,

Def.

Descende de Libano veni coronari,
descende sponsa mea, veni transformari,
festina, veni læta, venique cibari
carne deifica sponsi tui cari.

Eia dulcis anima gemma preiosa,
filia que carissima, candida que rosa,
dans escam omni carni, dat tibi speciosa,
deitatem, & sanguinem, & corpus, & ossa.

Veni sponsa candida, veni rubicunda,
sonet meis auribus vox tua iucunda:
en venio comedere, ego gemebunda,
egrediens ex fonte lacrymarum vnda.

Veni te reficiam clamat Iesus bonus, Matt. 11.
veni, & tollam tuis ex humeris onus,
o vox menti suavis, cordi dulcis sonus,
qui sucedit anima, velut Chorus bonus

Si nescis pulcherrima, ubi pascā gregē? Cant. 1.
egredere, & abi, vide si id negem,
sub speciebus panis inuenies Regem,
sub specie sum̄ vini scindens horum legem.

Divinus iste panis domo panis natus,
Clibano virgineo coctus, preparatus,
in Cruce fuit tibi ita temperatus,
quod panis est Angeli, panis delicatus.

Teria pars Trilogij

Exod. 3. *Hic latet Horeb rubus, arg; rubus talus,
incombustus ardescit, flos que Mariatis
fructum profert, & cibas pastor diuinalis,
Esa. 36. Israëlis dispersos congregans sub alis.*

D. Chrysos *Verè iā, mens, non debes tantū suspirare,
quod me non potuisti videre, trāctare,
osculari tangere præsentem amare,
veré me quotidie pores manducare.*

Psal. 44. *Verbū quod crux habuit Mairias diuina
in lingua Pastor bonus collocat ouina,
absconditus que manet sub specie bina,
quem in vētre circūdedit virgo Iosephina.*

**Her. 11.
2. Reg. 12.** *Vt tibi conuiuium darem peregrino,
assumere diutis ex obibis sīno,
auem supsi pauperis operante Trino,
cum more iuditio, & soli diuino.*

Ioann. 13. *Ad Patrem ex hoc mundo trāiens viator
me cinxi, vt sic essem tuī ministrator,
re cinge legē mea, vt sic cibi dator
ad populum accinctum ducat te saluator.*

Abacuc 3 *Inuenies hīc panem diuini savoris,
inuenies que potum gratissimi roris,
comede, bibe, vide, panis est amoris,
sapientia vi num miscuit dulcoris.*

Eis

Eucharistici.

93

*Hic panis est vitalis, Veritas, & Vt̄sa, D. Bonau.
est panis immortalis, bonitas infinita,
à sanctis ad gloriam via satis trita,
arque pignus gloriae appellatur ita. D. Thom.*

*Quā dulce conuiuium, esca quam suavis,
digna que recipienti Paradisi clavis,
& ex corde amanti nullus labor gravis,
licet sit fastidio cordibus ignavis.*

*Hic cibas regenerat, firmat, unit, iungit, D. Bonau.
confederat, eleuat, Deo que coniungit,
demit vires corporis, ad prælum vngit
illuminat, purgat, arque hostem pungit.*

*Alio, auget, reficit, recreat que mentem, D. Bonau.
transformat animam reddit sapientem,
desificans hominem facit diligenter,
pium, misericordem, benignum, clementem.*

*Ibi que mens potitur requie cupita,
experitur que sponsi oscula mellita,
à Rege que species eius concupita, Psal. 44.
si contrito delet, quod accusat vita.*

*Si Deus est, hic sceptrus, ibi dominatus,
si Rex est, opes ibi, ibi comitatus,
si dux est, ibi ducit, tibi dux paratus,
si Pastor est bonus, pascit agnus matutus. Ioan. 10.*

Si

Tertia pars Trilogy

Si medicus sapiens, ibi medicina,
 si missus est cœlius, ibi sunt diuina,
 si via singularis, ibi peregrina,
 si terplex hostis adest, hic Maiestas Trina.

Si index destinatus, ibi Virga regens,
 si magister vocatus, ibi nobis legens,
 si concius est noster, ibi vitam degens,
 1. Iacob. si intra nos est, perat nil hastans egens.

Si consumens est ignis, tibi rane caleficit,
 1. Iacob. si suavis, & mihi, ibi te mulcescit,
 si lux est illuminans, & ibi lucescit,
 si latet speciebus, sed amore crescit.

Si pulcher est Dominus, ibi spetrosus,
 si cœlorum gloria, ibi gloriosus,
 si nunc candidior, ibi pretiosus,
 si sanguine rubicundus, & ibi formosus:

Iesus omnes inuitat dulcis predictor,
 exulum refugium, pauperum amator,
 D. Crysos. apponit se omnibus pius consolator,
 generosus edere nos omnes hortatur.

Benjamin sic dilectus, filius doloris
 à Iesu non spernitur statu peccatoris,
 sed allicit, inuitat, vocat cunctis horis,
 D. Crysos. at dedita non videt tanquam amoris.

Eucharistici.

94

Habet hic Pellicanus perforatum pectus,
 non consumens fernorem ultima senectus,
 ad te, mens, Iesus ait mens est aspectus,
 quia ibi oculus, ubi est affectus.

D. Bonav.

Venite sitientes omnes, & gustate
 suo fonte gratiam, profundè que latè,
 quod à me tribuitur in iocunditate,
 accipite, bibite, atque manducate.

D. Thom.

Dulcius suo fonte gratia bibuntur,
 anchora adebet gratia, riuli redduntur,
 amoris aqua dulcimentes capiuntur,
 si ad hoc Sacramentum gracia ducuntur.

Hac signa amoris sunt, Iesu Dei pacis,
 qui sic te calefacit, mens, instar fornacis
 gusta suavitatem panis efficacis,
 ve non ponatur obex, si quod potes, facis.

Veni mens, & comedere, vocat gloria dines,
 fac ita, & vives.

Iesus

Iesys in Eucharistia exigit corporis dispositionem. CAP. IX.

Sacerdos celebraturus cum ea puritate debet accedere, quā tanti mysterii altitudo exigit, quare aliqui SS. Patres ita de munditia corporali loquuntur, ut polliurū etiā sine culpa à celebrationē reūciant. Sed veritas est, quod sic celebrare non est peccatum mortale. *D. Thom. q. 80. art. 8.* Ex congruentia vero, nisi aliud necessitas exigit, abstineat.

D. Thom. Si autē pollutio est voluntaria, potes celebrare si rite cōfessus es: quinimo *Ioā. Sancius. Sancius disp. 23.* purat non esse peccatum veniale celebrare sic, sed si nō vrgeat necessitas, omnes debet ex cōgruētia, & multi affirmat esse culpā veniale, celebrare.

Requiritur etiā ad celebrandum ieiunium naturale, ita ut post sumptionē cibi in quaevimque minima quantitate non liceat celebrare. Hæc cōsuetudo dimanat

ab

ab Apostolis *Clem. Epis. 2. Cōc. in Concil. Clemens. Niceno confirmata.* Hoc vero solum est de iure positivo humano à Papa dispensabile, quod si Christus Apostolos non ieiunos communicauit, m̄ysteriū tangit, nec illud egit, ut à nobis obseruetur.

*S*i aliquid ore sumpsisti, etiā si dentibus atteratur, si nō deglutiatur, sed proiectatur, potes celebrare. Idem dic si aliquid ab extrinseco sumpsisti in ore, vel in saliuā conuersum, vel saliuę immixtū, per modum eiusdem saliuę deglutiatur, *D. Thom. Tho. ad 4.* & similiter dum quis aliquem liqñorē lingua degustat, vel ore sumit, & quamvis foras expuat, forte tamen aliquid immixtum saliuę per modum saliuę deglutiatur. *Anserfa. q. 8. sect. 8.*

Anserfa.

*S*i reliquiæ cibi ex cena præcedenti intra dentes relictae deglutiuntur casualiter, celebrationē non impediunt. *D. Thom. Tho. q. 10. sup.* Si vero aduertenter traiiciantur, aliqui dicūt nō frāgere ieiuniū, de quo vide *Dian. 4 p. tra. 4. ref. 104.* tu cōtrariū te *Diana.* ne, quia in rigore sumptus cibus dicitur cum

Tertia pars Trilogy

Hurtado. cum traiicitur de ore in stomachū, quod
in dicto casu voluntarie accidit. *Gaspard
Hurtado* disp. 9. q. 8.

Lugus. Si aliquid sumpsisti quod non potest
nutrire, nec alterari, nec habet rationem
cibi, aut potus, aut medicina, secundum
opinionem probabilem potes celebra-
re, nisi talis res respectu sumentis sume-
retur, vt cibus, vt mulier que terram co-
medit ad voluptatem, & eam comedit
ad inducendum pallorem per modum
medicinae, *Lugus* disp. 14. num. 30. qui du-
bitat de papyro, quia videtur posse alte-
rari, & nutritive. De tabaccho res est ser-
pulosa, & in opinione positum, vide
Diana. 5. p. tract. 13. resol. 1.

Diana. Liceret non ieunis celebrare. 1. ad coti-
sumendū sacrificium, vt si Sacerdos mori-
riatur consecrata altera specie. 2. si con-
secrata una specie, vel veraque, inuenis
non esse ieenum, debes prosequi. *Auer-
sa*, q. 8. se ct. 9. Si vero nullam speciem co-
secreasti, recede ab altari, si non times sca-
dalum, vel infamiam, quod si hoc times
po-

Eucharistici.

96

potes prosequi, non quidem titulo per-
ficiendi sacrificium, cum non sit inchoa-
tum, sed ad evitandum scandalum. *D.D. Thom.*
Thom. q. 83. art. 6. & alii. Missam autem
non ieunus incipere non debes, cum
nulla possit esse causa.

3. Si hauriendo calicem deprehendi-
sti pro vino fuisse infusam aquam, siue
cum malitia, siue inadvertenter, debes
incipere ab illis verbis, simili modo, & vi-
num consecrare, illam vero aquam non
eiicias ex ore, sed sume, quia est pericu-
laria eiendi aliquam reliquiam conse-
cratam.

4. Si sumpta ablutione inuenis reli-
quias fuisse dimissas ex materia conse-
crata, potes illas sumere. *Caiet.* 10. 3. opus. *Caiet.*
tract. 33. q. 1. Si vero esset formula aut
magna particula melius esset eam reser-
vare, si commode fieri potest. *Soar*, disp. *Soarez*.
68. se ct. 6.

Granado, tract. 10. disp. 8. admittit pos-
se Sacerdotem sacris vestibus induitum *Granado*
in sacrifitia sumere fragmentum repertū
ia

Tertia pars Trilogij

in patena post celebrationem, quod nō admittierem, nisi in casu, quo illa particula non posset asseruati, aut sumi in alia missa; sufficit enim quod concedatur Sacerdoti existenti in altare etiam dictis vltimis orationibus. *Auerfa*, q. 8 se Et. 9.

5. Deficiente iejuno potest non iejonus sumere Eucharistiam, si videlicet irruant in fideles: si Ecclesia conflagrante non possit alio asportari.

6. *Major*, d. 9. q. 3. tenet licere Sacerdotem non iejunum celebrare ad communicandum infirmum in periculo mortis deficiente particula, seu formula: sed tu tene contrarium, cum in tali casu infirmus non sit obligatus ad communianendum: sicut eoc in praedicto casu posset sine vestibus sacris celebrare.

Inquires quid faciet Sacerdos dubius an cibum sumperit post mediam noctem? R. Si habet opinionem probabilem quod sit iejonus, potest celebrare. Si dubitat,

Sancius. *Ioan. Sancius*, disp. 42. putat posse, communicare, eo quod melior est conditio pos-

Eucharistici.

97

possidentis. Negat Villalobos etum aliis, *Villalobos*, tract. i. dif. 21. quia possessio stat pro precepto prohibente communionem non iejuno. *Auerfa*, q. 8 se ct. 8. tenet amplectendam esse tutiorem partem, scilicet non celebrare, cum sine notabili detrimen- to fieri potest, & hoc tene, ut secu- rius.

Lugus distinguit: si dubitas, an aliquid *Lugus*, sumpleris, potes comunicare; quia ad te impedientium debet contra te probare, tui tibi constate comedisse: at si scis te comedisse, dubitas vero ante medium noctem, vel post, non potes comunicare, quia tibi incumbit onus probandi non comedisse post mediā noctē.

Aduerit Villalobos ubi sup. quod ad *Villalobos*, primum pulsū cymbali iam est hora, & ideo si vis celebrare mane, debes, quod in ore habes, eiūcēre; & si fuerint duo horologia; est in tua potestate eligere, si esset eāle, quod in ordinata pulsat. *Sánchez*, tom. 1. de matr. disp. 41.

N.

Iesus

Iesu in Eucharistia exigit diuini officij deuotam recitationem.

C A P. X.

Scio aliquos à culpa graui excusare eos, qui Missam celebrant fine recitatione matutini cum laudibus. Diana, tract. 14. resol. 36. Sed non ignore alios contrarium docere: vide illum loco citat.

Non autem negabis Sacerdotem teneri ad diuini officii recitationem, idque per soluendum clare, attentè, & deuotè, affectuose, iocundè, timoratè, & humiliter, & si vis ante oculos habere Christū in Eucharistia, sic ordinabis horas.

A d Matutinum.

Considera incendium summæ charitatis Iesu, quo summa bonitas, & benignitas pro te vermiculo fætido tā pœ-

nō se sustinuit crucis opprobriū, & quomodo se prius discipulis tradidit, in nobilissimi corporis cibationem, duleissimi que sanguinis potionem.

Angelice virtutes, cinesque superni,
venire adoremus filium Eterni,
qui pro nobis est natus, traditus est spernatis
per manus discipuli, ministri inferni.

Sed Iesu prius suis in escam se dedit,
mysticèque moriens, idem nunc concedit,
panis viuus veniens, panique succedit,
et si sensus deficit fides tamen credit.

In hac monte mystica, requie non durat,
exultans caro iubilat, mens que iocundatur,
memor esto, quoties mors. hæc recitatur,
quod diuina charitas tibi commendatur.

Cor sancte, vpx, O opera, concordet
Psalmo, Lyra.

Nam suos cibans dexteris, Rex cœli
fecit mira.

Descendit Dei filius ad pauperis honorem,
nobis prehes carne sua, sanguinis que rorē.

N e A D

Ad Primam.

Considera illā antiquā sententiā Adeū in paradyso datā propter esum ligni, in sudore vultus tui vesceris pane. Panis iste; panis est Eucharistiae, qui mentē reficit, cum lacrymarum labore, cum spiritu feroce, cum charitatis ardore.

Iam Pater familias exiit primo manē, inuitans dulcissimo, vescaris ut pane, operarios quærit iste panis sane, torpens cor ab opere dimittit inane.

Eia dulcis anima, eia Vigilamus in vinea Sabaoth manum terræ demus, coram Deo cernui bis nato ploremus. venite festinantes, flentes adoremus.

Bethlem domo panis iustitia lumen, nascitur ex Virgine timentibus numen, in cuius pennis panis est vitale flumen, possidenti gratiæ montium cacumen. In mētē veniēs loquitur de Tribu Iudeo, me digne māducās, in me manet, Grego in eo.

Labora, meditare, flens laudes Deo cane, nam in sudore vultus tui vesceris pane.

AD

Ad Tertiam.

Considera illā sumā benignitatē Dei altissimi, qui dignatur in mentem, ut hospes intrare te honorans, & ditans.

Ostia leua cordis hospiti benigno, hoste cibi vitalis expulso maligno, vitalis iste cibus visibili signo, celestis paradyssi comparatur ligno.

Hospes o dulcissime, o fons pietatis, tibi quis consuluit, ut veniens gratis, venias sub specie nostra paupertatis, nisi zelus præbendi tuis escam natis.

Dulcis hospes animæ, cordis mei vita, præueni cor gratia, venias, O ita, in aure vox resonet sponsa concupita, Ecce venio, gusta oscula mellira.

O fons splendoris, vas dulcoris, dos roris, quis miretur igitur pro te si suspiro, iuncta sine meritis tam Zelani viro.

Hospes ecce venit, exite obuiam ei Virginis est filius, atque filius Dei.

N 3

AD

Ad Sextam.

Considera mirabiles effectus, quos magnificus dominus in mente efficit, si digne suscipitur, resicit, sanat auget, nutrit, &c.

*Sub veraque specie Christus nobis datur.
tali cibo, potu que mens impinguatur,
de conuiuo tali Thomas sic affatur,
dulcedo spiritalis fonte suo datur.*

*Mens coelesti pane iubilat sopita,
in igne, qui est Deus, manet, & ignita,
fœlix, qui fruitur requie cupita,
in via uiuens adhuc Dei sui vitas.*

*Dic, dic, dulcis anima recepta, quid setis?
Hostia consecrata? Feruer amar mentis?
Liquescis per amorem hospitis presentis?
Quiescis in brachij spensi venientis?*

*Lux de luce prodiens, cuius nomen est
vir oriens
descendit in hospitium suorum, secum
afferens panem Angelorum.
Mens, cor, & lingua, sensus, vigor, motus
dentur Deo, qui præbet in cibum se ipius.*

AD

Ad Nonam.

Considera acerbissimam passionem, quam pro te Iesus pertulit, ut tibi acquireret panem Angelorum, & vynum robustorum, tibi Iesus cibus, tibi potus, in Israël magnus, in Iudea potus.

*Eucharistia dono sumpto singulari,
suam mortem præcipit Iesus meditari,
spinis, Crucem, vulnera, clavos oculari,
nam plusquam timeri, vult Christus amari.*

*In Missa quotidie istud recitatur,
ob hoc agnus innocens mystice mactatur,
mens impletur gratia, donis, & ornatur,
& futura gloria nobis pignus datur.*

*Fœlix, qui respiciens agnum delicatum,
agnum sine macula, spinis coronatum
sic affert suo patri recte meditatum,
linuum verueribus, clavis per foratum.*

*Accedes ad communionem recole Xpi passionem
cum flesu recita Iesu laboris statim,
famem, astus, & sudores.
Dominica passionis memoriale perenne,
reliquit Iesus nobis nocte sua cœne.*

N 4

AD

Ad Vesperas.

Considera quod Iesus apparuit hora vespertina duobus discipulis de ipso loquentibus, & quomodo eorum corda calefecit, & ab eis cognoscitur in fractione panis; recita in Iesu nomine descendō mane nobiscum Domine.

Remansit cum duobus hora vespertina, progreiens in via Majestas Divina, in fractione panis sanē peregrina, à suis est cognita nostra medicina.

Iam iam ad vespere scit orbis fabricator, iam, iam mundus senescit, noster reparator, mane nobiscum clamat iustus. Speculator, cœlestem panem petens, ut miser viator.

Hec quā damnabiliter est homo cæcatus, qui cum sic à Domino sit ipse cibatus, hunc declinat medicum, qui sic est paratus, aperire languido suum dulce latus.

Parvuli petierunt panem, accessit qui frangeret eis,

Iesus,

Eucharistici.

101

Iesu, qui frangit panem, prius tamē exclusis reis.

Cognoverunt eum in fractione panis, qui sūptus mors est malis, vita tamē sanis.

Ad Cōpletorium.

Considera quod olim pectoribus defunctorum Eucharistia reponebatur; cessauit hoc, & quotidie nunc in pectore Sacerdotis Christi corpus ponitur, tamquam pignus æternæ resurrectionis.

Eucharistia sacrā mens digne sumentis, est nouum monumentum corporis Vitæ Christi, carnisque viuæ Christi, carnis innocentis, ab hoc procul recedat hostis nostræ metis.

O lux innacessibilis: pietas immensa, mens quidē contremiscit cogitans suspeſa, si die rationis reddet cum offensa, quod in via suscepit altaris in mensa.

Sacramentū frequenta, o mens, istud pia, nec te frangat tedium vitæ huīus via, Dei carne nutritam mentem melodia, post hanc vitæ suscipit Iesus cum Maria.

Non

Tertia pars Trilogij

Non quiescas, non repescas offerens hoc sacrificium.

In hoc crescas, ut calefas meditans hoc beneficium.

Ad Sponsum clamat mens pia cunctis horis, osculetur me osculo sacro sui oris.

Iesus in Eucharistia exigit determinatam horam ad missæ celebrazionem. CAP. II.

Bonac. *Tempus celebrandæ Missæ regulariter laquendo incipit ab aurora usq; ad meridiem. Aurora dicitur, quādo aer incipit illuminari per primam Solis irradiationem, vel paulo ante quadrantē, aut per dimidiam horam;* Bonac. disp. 4. q. vlt. p. 9. qui dicit non esse peccatum mortali celebrare vñia hora cum dimidia ante Solis ortum.

Licet autem ante auroram celebrare, 1. in nocte Nativitatis Domini ex capitulo nocte sancta, ita qua tenet Soar. disp. 8o. set.

Eucharistici.

102

set. 4. posse nocte omnes tres Missas celebrari, & vbi est consuetudo posse fieri affirmat Bonac. vbi sup. Et videtur colligi ex dicto cap. vbi dicitur nocte sancta Bonac. Nativitatis Domini Saluatoris Missas celebrant Præsbyteri, quod non solum potest referri ad plures Sacerdotes, qui singuli possunt unam Missam celebrare, sed etiam ad singulos, ut quilibet possit missas celebrare. Tu vero ita consuetudin.

2. Ex priuilegio possunt Regulares causa itineris, vel alterius rei de licentia superioris celebrare per horam autem diē. Intellige ante illud tempus auroræ, quod omnibus conceditur. Vide Villalob. tract.

3. Ex priuilegio, aut consuetudine idem possunt Episcopi. 4. Ex causa necessaria idem potest quilibet Sacerdos, ut pote ad communicandum perclitantem: & tantæ potest esse necessitas, ut hoc possit extendi ad tempus post medianam noctem. Victoria num. 95. *Victoria*

Quanto autem post meridiem liceat ce-

Azorius. celebrare Missam, diuersimode assignatur, *Azorius, lib. ro. c. 23.* ait iusta terram pattem vnius horæ; *Layman, lib. I. tract. 5.* c. 4. infra dimidiato horam, *Bonacina* ubi sup. infra tres quadrantes, aut infra unam horam. *Auersa, q. II. sect. 16.* ait standum esse consuetudini locorum, non vero licet extendere usque ad horam nonam, licet olim fuerit in usu, vide *D. Tho. q. 83. art. 2.* Ex privilegio licet celebrare post meridiem, de quo vide *Villalobos, & alios;* & sine illo docent communiter DD. posse celebrari ex publica causa post meridiem, ut porta in diebus festis, & in die concionis, ut omnibus prouideatur. *Auersa* ubi sup.

D. Thom.

Villalob.

Auersa.

Vazquez numeri 41. limitat ad tres horas post meridiem communionem infirmi. Denique ex dispensatione Episcopi notant aliqui iusta de cau-

causa licere celebrare post horam praescriptam, sicut in aliis praecceptis Ecclesiasticis.

Iesus in Eucharistia exigit defectum correctionem. CAP. XII.

CVM homo faciliter distrahatur, solent occurrere varijs defectus in celebratione Missæ, quibus debet Sacerdos occurrere, aduertendo cum *Villalob. 8. dif. 32.* quod si eis non occurrat ob ignorantiam, aut turbationem, inquietentiam, aut in considerationem, non imputabitur ad peccatum mortale, nisi esset adeo ignorantia crassa, quod in re tam graui non admitteret excusationem.

Si Sacerdos subito inter celebrandum deficit, si non consecraverat panem, sacrificium est relinquendum, quia substantia litter non fuerat inchoata, it si consecravit, alter Sacerdos debet perficere, et si sic non fecerit, aut in peccato mortali, aut ex-

203 Tertia pars Trilogy

excommunicatus, & ut ait Soar. disp. 8^e,
sect. 1. ceneretur ad id Sacerdos, & tenetur
conteri si sine grauissimo incommmodo
potest impedire talem defectum.

Si Sacerdos post consecrationem re-
cordatur non esse ieiunum, aut in pecca-
to mortali, aut excommunicatum, debet
facta contritione perficere, D.Th.o.q. 8^e,
art. 6. Si vero ante consecrationem re-
cordatur, debet missam relinquere, si po-
test fieri sine scandalo.

Si Sacerdos deprehendat hostiam non
fuisse de pane tritico, vel liquorem in-
fusum non fuisse de vite, vel non habuisse
debitam intentionem, debet omnino
hunc defectum suppleare, ac denuo con-
secrare, & post consecrationem sumere,
& si hic defectus fuisset voluntarius: re-
neretur enim in se reuersus respicere.

Cave ne sis scrupulis auxius de pro-
latione verborum, aut debita intentione,
quia regulariter debes existimare integrę
proculisse, & intentionem habuisse
falsam virtualet. Quod si vere esses du-

bius

Eucharistii.

bis de defectu essentiali, deberes sup-
plore sub conditione.

Si Sacerdos consecrauit, sed casu spe-
cies de perduntur, ut pote si calix effun-
datur pœnitius, vel si hostia vesto abri-
piatur, vel à mure rapiatur, & non capia-
tur, vel videat panem, & viuum esse ve-
neno infectum, aut si venenosum animal
incideret in calicem, ita ut sine periculo
gravi sumi non posset, necesse est hunc
defectum suplere, & iterum consecrare,
quia etiam sumptio est de substantia sa-
crificii, ita notatur in Rubrica Missalis.
Dixi si Calix omniō effundatur, quia si
aliquid sanguinis in Calice remaneat,
vel ex linteō, vel tabula possit lambi, &
sic sumi, non est aliud consecrandum.

Si Sacerdos consecrata hostia aduer-
tit in Calice non esse vinum, debet illud
apponere si est vinum: Si non apposuit
aquām, debet eam in modicissima qua-
titate apponere, & consecrare vinum, si
vinum non fuit consecratum. Si vero post
consecrationem vini aduertit aquam nō
fuisse

D. Thom. est de essentia, D. Tho. art. 6.

Si consumpto corpore Christi hauries calicem deprehendit non esse vinum, incipiat ab illis verbis *simili modo*, oblatio calice saltem mentaliter custodite vi num consecret, & sumiat. Et quorics defectus cuiusvis speciei deprehendatur post sumptuaria alteram speciem non op porter denuo consecrare, nisi illam speciem, quæ defecrat, eam que consecrata sumere. Scot. d. 8. q. 3. Soar. disp. 80. sect. i.

Scot.
Soar.

Si Sacerdos per inadvertentiam, ignorantiam, aut perturbationem omisserit supplerre defectum essentialium in ipsa actione, & missa; postea nō debet supplete Coninch. cum iam tempus præterierit, & est omnino distincta actio. Coninch. & alij.

Idem dicit Bonacina, quæst. Vlt. p. 10. si sit periculum grauis scandali in inquirenda, & consecranda specie, cu Bonacina ius defectus deprehenditur. Hoc autem argueret non admittit Vazq. disp. 213. n. 19. quia in hoc

hoc casu nullum possit oriti scandalum, nisi pulsorum eo quod Sacerdos mitat vinum in calicem, & consecret.

Debet Sacerdos supplere defectus cū magna quiete, & disimulatione sine stre pitu, & perturbatione, & cū cōsecranda est species, debet iterū facere oblationē, quæ habetur in ofertorio saltem mentaliter, & cōsequenter cōsecreare, si est panis, incipiat qui pridie quam pateretur, &c. Et si est vini, *simili modo*, &c. ac deinceps prosequatur ab eo loco, vbi desistit, non repetendo alia intermedia, quæ dixit. Si alii defectus committantur, qui sunt accidentales, vt si oblitus est Sacerdos dicere Gloria, simbolum Nicenum, aut etiam aliam ex partibus præcipuis. Missæ, non est necessarium supplere; sed potius debet progredi. Notat vero Aver sa q. 11. sect. 16. quod si paulo post aduer sat se aliquam ex præcipuis partibus Missæ prætermisssæ, vt euangelium, & inchoasset symbolum debet suo ordine reassumere, semper autem eligen- O dum

Aversa:

Tertia pars Trilogij

dum quod minus potest offendere, vel
perturbare populum.

Si sumendo sanguinem, remanserit
aliqua particula in calice, dígito ad la-
bium calicis illā atrahat, & sumat eam,
vel apponat aquam, & simul cum ea su-
mat illam. *Villalo. tra. 8. dif. 33.*

Si vinum congeletur, pannis calidis
debet liquefieri. Et si hostia ad fractionē
eius in calice ceciderit, si commode po-
test, sumatur per se; si verò sumatur cū
ipso sanguine, si irruant noskrē fidei hos-
ties, & nō consecrasti, relinque naissam, si
fuerit post consecrationē, sume sacrifi-
ciū sine alia cæremonia, si fieri potest si-
ne scandalo, & iniuria religionis Christi;
si vero pro Christo debes mortē subire.

Quid vero faciendū sit cum Sacerdos
euomit, hostiā, vel in terrā aliqua parti-
cula delabitur; vel sanguis effunditur, vi-
de in Rubri. Miss. §. 10. Ex quo appetet
ad hęc ita respōdēdū. Si animal comedit
Eucharistiā, extrahenda est Eucharistia,
si potest, & cōseruāda donec corrūpatur;

post

Eucharistici.

107

post corruptionē cōburēda, sicut ipsum
animal est cōburendū, & cineres ipsius
mittēdi sunt in piscinā; si animal cecide-
tit in calicē, & est ante cōsecrationē, su-
me aliud viñū; si post illā, & Sacerdos nō
potest sine incommodo vtrūque sume-
re, sumete debet species consecratas ex-
tracto animali, & diligēter abluto, & cō-
busto eius cineres in piscinam mittere.

Si totus sāguis est cū veneno in linteos,
vel stuppa tādiu seruitur, donec species
vini fuerint disectatæ, & tunc Stuppa cō-
buratur, & cōbustio in sacrariū protincia-
tur hęc rectē perpende, quia ex his po-
tes colligere, quid in aliis faciendum sit.

*Iesus in Eucharistia dat Sacerdotibus
salubrem monitionem. CAP. XIII.*

AD vos, ó Sacerdotes dulcis Iesus futurū,
quos vt Dei ministros terra veneratur,
per vos que mysterium missæ celebratur,
et verē Dei agnus mysticē mactatur.

O 2

En

Tertia pars Trilogij

*En me ipsum pro vestra trado libertate,
vestris simul manibus me dedo, notate,
exhibete gratias pro hac potestate,
distribuite iuste, dignè me tractate.*

*Ioann. 15. Servitutis nomine iam iam vti nolo,
sed in cunctis amicos appellare volo,
do quod tribuit Pater in superno polo,*

D. Thom. Et quod virgo præstítit, de quo nihil tollo.

*Sacrais vestris manibus cœli pono claves
exhibere vos iunctis mites, Et suaves,
1. Cor. 4. pacificos, modestos, Sacerdos quod habes
a Deo accepisti, cur rea non faves?*

*Mundi lux ego dixi estis sacerdotes,
terre sal, Et ciuitas, cœli sane dores,
illumina, tempera, defende quod potes,
vt fractum consolides, attente que notes.*

*Celebratis in omnibus te geras attente,
volute, reuolve sacra mysteria mente,
nec vadatis celebrare more te ducentem,
Vide quod coram Deo loqueris potente.*

*Ah quoties celebras te, te properante;
age, age quod agis, mente reclamante,
sic te opponis miser Maiestati sancte,
rationi reginae sensu dominante.*

At-

Eucharistici.

107

*Attende quod recipis in mystica mœsa,
humanitas est Christi pro nobis suspensa,
recipiturque simul deitas immensa,
accedere, nec minima præsumas offensa.*

*Desidi à que mentis vide ne repescas,
usque dum sis feruidus, nec in te quiescas,
in amore dilecti ita cui crescas,
quod in tuo calore alijs calescas.*

*Accede cum amore tuarum medullarum,
non nixus auxilio virium tuarum,
si sitiens accedes fontem gratiarum,
tua rumpet viscera imber lacrymarum.*

*Ne capias venenum forie loco mellis,
dulcedo rotus Christus nihil habens fellis,
ah quoties celebras, nolis, siue velis,
hostia gratuita celebratur cœlis.*

*Statim, ac incipias missam celebrare,
propone corde tuo ista cogitare,
Christifera tormenta, passionis mare,
cogita, recogita, plora que amare.*

*Meditare cum fletu illius labores,
sitim, famem, frigora, astus, Et labores,
qua dignanter pertulit propter peccatores,
vt sic illorum prauos renouaret mors.*

O 3

San.

Tertia pars Trilogij

Sanguineus in horto fudor,
tormentum patibuli, alacris, & iuit,
ferui Pontificis alapam subiuit,
pacens, patiens fuit, dolens te quæsiuit,

A præside Pilato fuit flagellatus,
vt stultus ab Herode Rege reputatus,
a militibus simul spinis coronatus,
inter duos Latrones Cruce reclinatus.

Ibi suum cor ardens tibi denudauit,
ibi suo sanguine te o de albauit.
Vide, mens, sic asperga, quod te sic amauit,
inclinato capite, clamans expirauit.

Puritasque corporis in te sit insignis,
nec intus, nec opere, nec verbis, nec signis
Vitij luxuria appareat ignis,
ne teneas Dominum in tribus indignis.

Cur non, lapsus laqueo huius passionis,
statum tuum firmiter memoria ponis,
nostris sunt mulieres laquei prædonis,
qua re priuant diuinis tot, tantisque donis.

Puder puden dicere, qua modo dicturus
erubescere lubrice, qui celebraturus,
ascendis nocte letum prolem geniturus,
Mariae natum manere, qui sumpiurus.

In

Eucharistici.

108

Infigens os in loco Iesu cicatricis,
ad hoc ibi inhians ori meritricis,
oscula Deitatis spernens creatricis,
voluptates corporis optas infallicis.

Parce mihi Dorsine, sic taces, sic files?
dormis ne? sic te spernumt creature viles?
qui Ecclesie tua nomine dedit miles
contra te, Iesu bone, fit foris Achiles.

Gum egrotet anima culpa tan Vere
ex mensa Iesu cupis buccellam metere?
coeli panem suam audes, & petere
petis quod febricitans solet appetere.

Istud virtutis turpe sunt sensus fouentes
exteriorum nomen apud nos habentes
isti nunc in infernum descendant viuetes,
ne contingat descendant illuc morientes.

Quoties communicas, Iesum recepisti,
infigis que osculum in faciem Christi,
inimicus existens, Ave, si dixisti,
ad quid tibi responderet, amice venisti?

Si petis panem, pignus glorie future,
hilaris tu concede panem creature,
neque tradas naturam misere clausure,
auarus enim semper est carcer naturæ.

Nec

D. Hiero.

Origenes.

D. Aug.

D. Thom.

D. Chrysos

O 4

Tertia pars Trilogij

Nec feras manus plendas Sacerdos, vt ludas
pauperibus ab ope monstrans eas nudas,
nec mentem diuitijs in gehenam detrudas,
D. Crisost. ab hac mēsa sit precul, & Simon, & Iudas

Et cum de domo mea debeas curare,
id in tua propria soles applicare,
D. Augu. noli amplius rogolatus vulnerare,
culpam tuam lanceam vide superare.

D. Berna. Falsitas, scurrilitas non egrediatur
ex ore, quod sanguine Christi rubricatur,
nec gala possideat mentem, quae cibatur
D. Thom. celesti dulci pane, & impinguatur.

Si unitas in Missa mystice signatur
videt, si mens à fratre tuo separatur,
si ita, à te mea lex non obseruatur,
vis quod inconsutilis tunica scindatur,

Forré quares anima, quare Rex cælorū
elementorum lacet specie duorum?

D. Alber. Ut magis augeatur fides, & bonorum,
& ne magis accrescat peccatum malorum.

Cur sub alba specie Iesus est velatus
ab omnibus videri, qui cupit amarus?
quia Sponsus candidus Sponsa candidatus,
in uno erine colli mansit vulneratus.

Si

Eucharistici.

109

Si maiorem populi dignitatem habes
clarior apparet in te tua labes,
sæcularium culpis tua vita faues,
dum non cunctis emittis odores suaves.

Væ nobis, ò Maiestas semper infinita,
vox quidem digna, quod sit acunctis auditu
presenti iam tempore loqui potest ita.
erit sicut populi Sacerdotis vita. (142. Eze. 22.)

Quæ mēs nō cōtumescit? quis nō admira.
D. C. I. S. J. quoties Chrysostomi dicti recordatur,
quod ex Sacerdotib⁹ maior pars damnatur,
neque dicens temeré Sanctus loquebatur.

Time pastor Sacerdos vita maculatus,
ne sit grex à Domino pro te castigatus,
solet esse hac Vita iustus flagellatus,
& impius à poena pro nunc liberatus.

Recognosce Sacerdos tuam dignitatem
diuinæ fis naturæ consors, Vilitatem
non redeas in Veterem, armæ puritatem,
& priusquam comedas, quære sanitatem.

Si recta nutriuntur corpora non sana
ipsa es caladuntur, & quotidiana,
sic lædit comedentem proles Mariana
si forte charitate caret Christiana.

Dens

ant. 4.

Tertia pars Trilogy

Deut. 4.

*Deus ignis consumens, charitas ignita,
si positus in pectore, mens non ardet ita
sane cor est frigidum, res, & inaudita
quod in te sit charitas, ita consopita.*

D. Boiau.

*Ponis mel in lingua, protinus dulcescit,
in pectore si calor, penitus calescit?
atque cibo solido nonne corpus crescit?
adhibes, & mitia, vulnus, & mitescit.*

*Dic, dic effectus talis experiris homo,
recipiens hunc cibum mentis tuae domo,
si non? forte teneris falso mundi pomo,
affectionem ex effectu clarissime promoto.*

*Sis ergo in omnibus castus, mudus, purus,
neg iste sermo tibi videatur durus,
ira Sacerdos sanè est celebratus,
post celebrationem, quasi moriturus.*

*Si vrget tentatio: Proregis honesti,
Genes. 39. resistit fortis verbis vitiorum pesti,
10. Ann. 13. quomodo hoc faciam? Domino coelesti,
tradente mihi cuncta ante diem festi.*

*Si plura scis de Deo, scias, & amare
scire; & non amare plus est ignorare,
sic viue, sic que cura vitam ordinare,
Augu. ut dignè quotidie possis celebrare.*

Eucharistici.

110

Preparatio ad Missam celebrandam.

*C*VM tota vita Iesu in saeculo secundum Vbertium lib. 4. de vita Saluatoris quasi una solemnissima Missa fuerit, in qua ipse fuit altare, & templum, & hostia, ideo quidquid agitur in Missa nihil aliud representat, nisi Christi, vitam, & passionem, quam Sacerdos ante celebrationem recolere deberet, & in ipsa celebratione praemeditari.

Sacerdos celebratus praemittere debet confessionem Sacramentalem, & si non sit conscientia sibi de culpa mortali est salubre consilium eam praemittere in conscientia disercta, non scrupulosa. 1. Quia gratia augetur, 2. Quia in ea exercentur plures virtutes, nempe humilitas, obedientia Sacerdoti vicem Dei gerenti, dolor de peccatis, spes, veritas, & aliae. 3. Propter culpas graues, que proper ignarantias culpabiles, non putatae sunt tales, quando fuerunt commisso, sed postea quia

Tertia pars Trilogij

quia antea eas commisit, eas non confitetur propter obliuionem inculpabilem, remittuntur enim indirecte in confessione, dummodo non omittantur ex malitia.

4. Propter censuras, in quas ex ignorantia crassa potes incidere, que non auferuntur contitione, sed absolutione, & potes remanere absolutus ab illis ex obliuione dimissis per illam absolutionem generalem, etiam reserugis, dummodo absoluens id possit ex officio, aut priuilegio, & habeat intentionem auferendi omnes censuras: Bonac. disp. 1. de cens. q. 3. p. 6. Soar. disp. 7. seet. 1. qui addunt censuras non indigere alia absolutione, sed solum peccata oblitera, ut directe absolvantur, & ut confessio integra fiat.

5. Quia ex frequenti confessione conscientia fit timida, ibi sentimus quantum proficimus; ibi a profectu, quam longe distamus. 6. Propter reuerentiam Eucharistie, quam sumere non audes, nisi praecedente Sacramento Pœ-

Eucharistie.

III

nitentie in quo debes elicere verum actum doloris, saltem attritionis, quam opportet, ut habeas; etiam si coneris ad actum conititionis, potest enim ad eam conari, & ad eam non peruenire. Vnde ad maiorem securitatem ellice actum attritionis, qui est facilior, & sufficiens dispositio ad gratiam cum Sacramento.

Motiva ad celebrandum.

Finis operi tuo nomen imponit: Unde in celebratione tanti mysterii rectam intentionem preferre debes. Vae, vae, Domine Deus, ait D. Bonav. de *Prepar. ad Miss.* quanti infelices ascendunt ad sacros ordines, & diuina mysteria trahant, non panem celestem, sed terrenū querentes; non ergo debes celebrare propter turpelucrum, nec propter tumore, aut ambitionem, aut vanam gloriam, aut consuetudinem, sed propter hęc misericordia.

Pri-

Tertia pars Trilogij

Primo ad honorem, & gloriam super
mæ Maiestatis, quam in celebratione re-
cognoscere debes. 2. Propter memoriam
Passionis Domini, quam recolete debes,
hoc facite in meam commemorationem.

i. Cho. ii.

rad Chor. i. 3. Ut interius viuisceris,
nam per virtutem huius Sacramenti ali-
quando fit de atrito contritus; per gratiam
enim illuminamur, purgamur, & perfici-
mur. *D. Thom. 3. p. q. 79. art. 3.*

D. Thom.

4. In augmentum devotionis, unde
dicitur in Psal. Impinguat caput meum,
& calix meus inebrians quam preclarus
est. 5. Ad mitigationem fomitis, quia si-
cut aqua refrigerat, ita Eucharistia refri-
gerat ab ardore concupiscentiae. *D. Tho-*
ubi sup. art. 6.

D. Thom.

6. In augmentum virtutum, & in re-
medium culparum venialium. *D. Thom.*
ubi sup. 7. Ut arima suscipias contra dia-
bolum, parasti in conspectu meo mem-
tam aduersus eos, qui tribulant me, *Psal.*

D. Thom.

22. 8. Ut subenias viuis, & defunctis.
D. Tho. a. D. Thom. opus. 57.

Eucharistici.

12

Frequentia celebrationis.

Satis controuersum est, quo tempore
teneatur Sacerdos celebrare, res est
certa quod habentes curam animarum
ad minus tenentur diebus festis cele-
brare, nisi per alium satisfaciant populo.
De aliis dicit Bonaventura. quod Sacerdos, qui
de altari non viuit, non peccat si consciencie
dictat quod ob sui indignitatem, &
Sacramenti reverentiam abstineat, sub-
scribunt plures Theologi putantes Sa-
cerdotem numquam celebrantem non
peccare mortaliter, de quo vide *Soar. 3.*
p. disp. 80. secl. I.

Sed sententia *D. Thom. 3. p. q. 8. 2. art. 10.*
tenenda est non excusari a culpa mortali
Sacerdotem, qui sine causa rationabilis
non celebrat ad minus in precipuis fe-
stis, & maximè in illis, in quibus deuoti
fæculures solent communicare, tū quia
cum Christus ordinavit Apostolos Sa-
cerdotes dixit hoc facite in meam com-
memo-

Fre-

Tertia pars Trilogij

memorationem, quæ verba præceptum continent, tum quia iudicabitur tāquam seruus nequam, qui abscondit pecuniam domini sui: tum denique propter scandalum sacerdotalium, qui cognoscentes Sacerdotem suo officio non vti vident.

Quotidiē celebrare laudabile est, si ex huiusmodi celebratione nō minuatur reverentia debita. Si autē minueretur, tūc aliquando cessandū est, quia maiorē efficiaciā recipit homo in vna missa cū bona præparatione, quam in multis, si non se præparat diligēter: vnde si sentiat per multam frequentationem, quod reverentia minuitur, & feruor non crescit debet interdum abstinere, vt postea cum maiori deuotione accedat. *Servt. Sacerdot. tract. 2. p. 2.*

Pro quibus est celebrandum.

CV M in Eucharistia continantur merita Christi, quæ infinita sunt, idcō Sacerdos liberaliter se gerere debet

ad Missam.

113

bet in applicatione eorum. Debet ergo pro omnibus orare, & si aliquem fidelē, præcipue propter odium excludat, vt non sit particeps tanti beneficii, mortaliter peccat, *D. Bonav. de præparat. ad mis. cap. II.*

Debes pro defunctis orare in primo memento, quia est probabile sacrificiū in consecratione consumari, & eius effectus non debet esse suspensus, sed statim datur. *Soar. disp. 51. se Et. 5.* Id que colligitur ex illis verbis Canonis pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis pro se, suisque omnibus, pro redemptione animarum suarū. Nec contra hoc est, quod post consecrationem succedit memento pro defunctis, nam cum Christus sit ibi præsens, potest Sacerdos amplius orare, & plura a benigno Iesu impetrare pro defunctis.

P. Mer-

Memento pro viuis, & defunctis.

Pater Sancte, Pater Æternæ, Pater Omnipotens: ego seruus tuus offero tibi hoc sacrificium ad honorem, & gloriam tui nominis, & ad honorem sacrae humanitatis Christi Domini mei, & Virginis Mariæ, & omnium Sanctorum.

Deinde offero pro me in gratiarū actionem pro beneficiis mihi à te collatis, pro expiatione peccatorum meorum, ut mihi concedas fidem, spem, charitatem, humilitatem, obedientiam, castitatem, patientiam, vitam; ut tibi seruiam, & mortem in gratia, ceteraque disponas, ut tibi magis placeant.

Offero etiam pro illa persona, vel personis, pro quibus hoc sacrificium offerre debeo.

Offero etiam pro tua sancta Ecclesiâ, pro Papa, Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Sacerdotibus, Doctoribus, Rectoribus, Clericis, Monachis, Religiosis, Monasteriis, & omnibus Christo famulantibus, pro Regibus, pro Ducibus, pro Principibus, & ceteris nobilibus, pro benefactoribus meis, & mihi recomendaris, pro parentibus, consanguineis, amicis, fraeribus, siue corporalibus, siue spiritualibus. Pro paganiis, scismaticeis, & hereticis, ut ad te Deum viuum, & verum conuertantur: ac deinceps pro his, quos vis, & quibus debitor sum: nota quod pro hereticis potest Sacerdos orare tamquam particularis persona.

Offero etiam pro animabus existentibus in purgatorio, singulariter pro his, quibus charitate spiritali coniunctus fui, & pro animabus, quæ sunt destitutæ sufragio, & pro his, quæ sunt in gravioribus poenis, & pro his, quæ à purgatoriali liberandæ propinquiores sunt amien.

Meditatio dum Missa celebratur.

Sacerdos ad altare egrediens se debet considerare personam Christi gerentem,

tem, qui in ara Crucis se obtulit Patri pro nostris peccatis, & ideo in Missa debet apponere diligentiam magnam in signis, & actibus, maiorem in verbis maximam in intentione, & vitam Christi ad sequentes considerationes reducere.

Iesus te parcat, exoratus.

*Landu.
Cart.*

C O N S I D E R A quam prouide Mater Ecclesia initio Missæ præmittit confessionem peccatorum opponens se Pharisæo, qui ascendit orare, & noluit Deum rogare, sed se laudare, ille incipit gratiarum actione, & Sacerdos incipit peccatorum confessione. Ille finiuit peccatorum onere, Sacerdos finit actione gratiarum. Licet ergo in Missis Nuntius, & Legatus, dic non lingua, nec labiis, sed corde. Domine mi quis sum ego, ut præsumam tam nobile Sacramentum ministrare, humilia te, quia miser, & indignus es, quotidie peccas,

in-

ad Missam.
incorrigibiliter perseverans.

115

Iesus à Patribus desideratus.

C O N S I D E R A desiderium anti-Ruper^t quorum Patrum, de aduentu Christi in carne, quod designatur in introitu Missæ, ut ait Rupertus. Utinam tuum affectuosè desiderares verbum, iam missum, quantum illi cupierunt promisum. Illi feruidi in eius expectatione, & tu tepidus in eius corporis, & sanguinis communione. Accede feruidus vitando non solum mortalia, sed etiam venialia per negligentiam, & otium facta, per distractionem, & prauā consuetudinem commissa.

Iesus nobis datus, nobis natus.

C O N S I D E R A, quod postquam venit Gal. 4. plenitudo temporis, missus Deus Filium suum in mundum, quem virgo concepit, virgo peperit, & quem D. Bonaventura genuit, educavit, hunc aduentum

P. 3 sig.

D. Bonau. significat Gloria in excelsis Deo, ò si es-
ses dignus accipere infantem inter bra-
chia spiritualia, & intueri faciem eius, &
diligenter, & reuerenter de osculari. De-
lectare in illo, & dabit tibi petitionē cor-
dis tui, præbe illi cor tuum, ut tibi pre-
beat corpus suum. Dirige orationē Bea-
tæ Trinitati, Patri mittenti, Filio venien-
ti, Spiritui sancto supervenienti in Ma-
riam in eius incarnatione.

Psal. 36.

Iesus à Baptista prænuntiatus.

MAgister bonus prius cœpit facere,
quam docere, & ideo usque ad tri-
gesimum annum operabatur in occulto,
quod palam locuturus erat, prænuntiari
voluit à Baptista, cuius officium, nempe
vocis, significat Epistola, in qua debes
considerare, quod Christus veniens ad
mentem exigit puritatem rectitudinem,
bonitatem, & ad bonum propitudinem,
pœnitentia peccasse, & dole de præteri-
ta vita, ut sic merearis audire verba eter-
nae vitae.

Iesus

Iesus mundo manifestatus.

Considera quod cum Iesus ad triges-
imum annum peruenisset à Ioanne
baptizatus, & hōste denicto se mundo
manifestauit per præicationem, per in-
firmorum curationem, per mortuorum
fuscitationem, per miraculorum effigie-
rem, per discipulorum vocationem, per
discipulorum missiōnem, & hanc predi-
cationem Christi Euangeliū significat,
cuius verba summa reuerentia, & tremo-
re audire debes, attente audiendo, & ea
exequendo. Vnde audiens ea stas, quasi
paratus ad executionem.

D. Bonau.

*Iesus per totum mundum
prædicatus.*

Considera in symbolo doctrinam,
quam Apostoli acceperunt, mundo
prædicatam, & fidem Christi per eos de-
clarat.

P. 4 cl-

claratam. Symbolum, quod canitur in missa, est symbolum Nicenum: symbolum enim Apostolorum solum continet duodecim Articulos Fidei propter duodecim Apostolos, qui illud post Ascensionem Domini composuerunt. Et credendum est, quod B. Virgo Maria, erat præsens in medio eorum, ut magistra. Exerce actum firmum Fidei, præcipue circa existentiam Christi in Eucaristia. Vnde in fine te signas signo Crucis, quasi patatus ponere vitam in defensionem Fidei.

Iesus Ephrem moratur ad moriendum paratus.

Considera quod post symbolum sequitur offertorium, & eo dicto Missam prosequeris sub silentio, per quod datur intelligi mansio Christi cum discipulis suis in Ephrem, conspiratio Iudeorum in concilio. In tuere Iesum quasi

quasi imbecillum. & pauperem, mortem quasi verum hominem timenter. Sed licet in Iudeam non ambulabat, ambulabat se præparans pro mundo moritus.

Iesus Triumphator acclamatus.

Considera ad offertorium statim addi præfationem, quæ significat illum mirabilem Hymnum, quem pueri Hebreorum in ingressu Iesu in Hierusalem cecinerunt dicentes, Osanna filio David, benedictus, qui venit in nomine Domini. Hic triumphus excedit triumphos Romanorum: illi enim solum corpora subiugabant, Iesus vero corda, etiam unctionis earentium sibi subiecit. Latifundat valde hic Hymnus mentes pias, & si pius es, congaude, & mente consurge, & cum Angelis clamma, Sanctus,

Sanctus, Sanctus,

&c.

Iesus orans prostratus.

Considera quod post prefationem sequitur Canon Missæ. Incipit que. Te igitur, à litera, quæ signi crucis formam habet, ut intelligas Crucis mysteria peragi. Hymno dicto exiit Iesus in monte Olivarum ad Patrem oratus. A quo traditur tamquam donum gratuitum, à Iuda vili prætio, à Pontificeibus properter inuidiam. Hanc triplicem traditionem significant illa verba. Hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia illibata. In tuere Iesum cuius sudor est sanguis vide in quanto dolore est, & communica tribulatione coniunge orationem pro Ecclesia, pro Papa, &c.

D. Augu.

Iesus pro nobis à Sanctis rogatus.

D. Bonau.

Faeto memento sequitur communicações, quasi Sacerdos dicat. Et si propter peccata nostra non meremur exaudi-

diri, communione, id est, cœtu Sanctorum omnium exaudiri mereamur, præcipue Virginis Mariæ, cuius sanctitas supergressa est vniuersas. Perpende mysterium, In hac commemoratione, que fit ante consecrationem, petimus suffragium Sanc-torum in ea, que fit post consecrationem, petimus consortium, quia antequā corpus consecratur, quod vniuersalem significat Ecclesiam, id est, antequam regnum adueniat, est necessarium sanctorum suffragium, sed post consecrationem, & adventum regni, assequemur in patria sanctorum consortium.

Innocenc.

Iesus nostra absolutione placatus.

Considera quod Deo semper humilium deprecatio placuit, & ideo sequitur hæc igitur oblationem, quia Deus licet iratus propter culpas nostras, placatur missæ sacrificio in nomine totius familliarum, id est Ecclesie, sibi oblato, seruitus hec latraria mystica à Clemente vocatur, D. Clem quia

Preparatio

quia reuera Missa est actus perfectissi-
mæ latræ.

Iesus iudicibus presentatus.

IN illis quinque signis, que fiunt ante consecrationem debes considerare progressum Christi in sua passione per quinque stationes; nempe in domo Annæ, in domo Cayphæ, in domo Pilati, in domo Herodis, in domo Pilati. Vide quid pro te fecit, qui te fecit, quot tor-
menta pro te pertulit.

Iesus pro nobis mystice mactatus.

CVM peruenoris ad qui pridie quam pateretur, debes præcipue applicare cor ad attendendum, & os ad distincte proferendum, ut nihil de forma verborum omittatur. Considera quod ille, qui se Patri obtulit cruentus in Cruce pro nobis, nunc in altari incruen-
ter se offert, & mystice mactatur. Vi-
de

ad Missam.

II 9

de Iesu bonitatē, qui dignatur captiuus **D. Bonau.**
esse in altari, inqxta illud Hieremias, ecce **Hierem.**
ego in manibus vestris sum. Si ergo est
in tuis manibus, reuerenter, & decenter
contracta, quem Pater Eternus genuit,
& virgo peperit, Filius est Patris sancti,
& matris immaculatæ.

Iesus a Sacerdote eleuatus.

HOstiam consecratam statim eleuas
in altum, quod significat elevationē
Christi in cruce. Sic debes mentaliter
orare. O Pater cœlestis peccauimus, & te
ad iracundiam prouocauimus; sed nunc
respice in faciem Christi tui, quem tibi
presentamus, & te ab ira ad misericor-
diam prouocamus.

Iesus pro nobis Patri oblatus.

ELeuata hostia, & calice, incipis. Vn-
de & memores; quæ verba usque
ad Memento debes reuerenter, & denote
reci-

recitare, quia secundum alios sunt de essentia sacrificij. Vide quod sit mentio de passione, quæ vulnerat charitatem, de resurrectione, quæ roboret fidem, & de ascensione, quæ laetificat spem, quis haec considerans celeriter per illa verba percurret tepide, & indecuote? Considera quid offers, cui offers, pro quibus offers, & quomodo offers.

*Iesus à Latrone, & Centurione filius
Dei prædicatus.*

NObis quoque peccatoribus percute re pectora conuenit, confessionem Centurionis, & Latronis imitantates, verè Filius Dei es, qui sub speciebus panis, & vini latet, qui pro nobis passus est, qui sine mortalibus vivere possumus, siue venialibus raro, sed qui pepercit Latroni in Cruce pendenti, parcer tibi ex corde peccata confitenti.

Iesus in sepulcro collocatus.

ELeuatur calix cum hostia, & statim depositur, usque ad fractionem hostia. Considera depositionem Christi de Cruce in sepulcro: Vnde Calix operitur palla, non ut haec tenus ad cautelam, sed ad mysterium, ita ut palla designetur lapis ad hostium monumenti, oculis in hostiam inter nos deuote recita Pater noster in quo petis quidquid est necessarium ad tuam, & aliorum saltem.

Gauant.

Iesus resuscitatus.

In fractione panis considera Christi resurrectionem à duobus discipulis cognitā euntibus ad Castellum Emmaus: Innocenc. vide rectum ordinem, quem Ecclesia servat. In ipsa actione, dieis, pax Domini semper vobiscum, per quod datur intelligi pax discipulis commendata in Christi resurrectione.

Iesus manducatus.

Communionem precepit oratio, Domine Iesu Christe. In qua tria petis, a peccatis liberationem, praceptis diuinis obedientiam, & Deo firmam adhesionem. Dic cum deuotione, & corde contrito, & conscientia non ficta. In communione cor prepara ad ingressum hospitis tam benigni. Os apponis ad fontem vite, ad fontem sapientiae, ad fontem aeterni luminis. Dulciter ex ipso fonte bibuntur aquae. Debes notare, quod eandem hostiam numero, quam consecrasti, debes sumere, quia debet consummi idem sacrificium numero, quod perficitur.

Iesus pro nobis Patri representatus.

D. Bonav.

Finita communione sequitur oratio, & signatur quod Iesus pro nobis in celis orat representando Patri suâ Passionem, & vulnera, & postea dicit Sacerdos: Misi est. Ecce

Ecce tibi descripsi formam breue, per quam potes leuiter manuduci ad meditandum vitam, & Passionem Christi. Crede mihi, quod si aliquibus diebus in meditatione hac perseveras, virilitatem magnam experieris. Ignem posuisti in sinu, & non ardet, nec sentis calorē mel in lingua, & non sentis dulcedinem? Ecce apponit tibi orationem, qua poteris mentem ad deuotionem excitare.

ORATIO AD IESVM.

I E S V mentis dulcedo, cordis lassitia,
mihi præbens gratia bona felicia,
possessio que mea sine tristitia,
ne dona præpediat mea malitia.

En Iesus stans venio mente reverenda,
humilitate culpas fateor profunda,
ut columba ante te sisto gemibunda,
vitiorum soribus benigne me munda.

Accedo, sed ubi est vestis nuptialis?
si intro non vestitus, en pena gehenalis,
ego fame pereo, & est famis talis,
quod eam non satiat cibus naturalis.

Matt. 26:

Ad

Præparatio

*Ad me Iesu nūc venis, tu vis mecum esse,
me vocas, ut veniam, præcipis adesse,
me me, adsum; sed vide decorum, abesse
inueniesque scyphum gratiae concessæ.*

Gen. 44: *Accedo famelicus, innanis recedo,
causa est vita mea, causa est ut credo,
erravi, erro animæ dulcedo,
oculus est animæ facilis prædæ.*

Psal. 50: *Tibi soli peccavi me o creatori,
qui pro me Vermiculo dignatus es mori,
sed animæ contrita intende dolori,
esto que propitius mihi peccatori.*

Luc. 18: *Ad hanc cōmunionē me Deus dispone,
timorem cum amore meo corde pone,
pulcher, mitis, suavis, fortis, sancte, bone,
meos gressus dirige, vitamque compone.*

Psal. 118: *Te desidero Iesu, mea fortitudo,
expectans expectavi vestem mihi nudo,
hæc vestis est gratia, mentis restringitudo
domum tuam Domine decet sanctitudo.*

Esa. 8: *Veni, Veni Rex cæli, noli iam tardare,
ubi est Deus eorum soler acclamare
nosfræ salutis hostis, dignare te dare,
cum Propheta clamo, festina, prædare.*

Ad

ad Missam.

*Ad te Iesu venio, ad Dominū seruus,
non venio tumidus, nec sanè superbus,
nec in fide vacillans, nec fide proterius,
sed venio sitiens, ut ad aquas cernuus.*

Psal. 48: *Bethlemiticas aquas, quas David cupiuit,
Prophetarumque turba simul concipiuit,
professor legis nouæ feliciter bibit,
terra vocem suauem turturis audiuit.*

Cant. 2: *Ecce te suscipere accedo te duce,
humilisque venio ductus tua luce,
ò Deus immortalis triumphans in cruce
pœnitentie veræ præpara me nuce.*

Luc. 15: *O Pater Omnipotens, Deus Majestatis,
fidem mihi tribue, viam Veritatis,
arque spem firmissimam tue bonitatis,
diuinæ que deinde stolam charitatis.*

Psal. 24: *Magister, Domine, speculū virtutis,
cunctas ignorantias meæ iuuentis
ne Deus recareris, nec Deus salutis
tempore derelinquas meæ senectutis.*

Ioannellus: *Volens Iesu Domine dare locum iræ
secedis meditari iustum mortis diræ,
concede mihi donum charitatis mire,
ut sic pro te mortem valcam subire.*

Q 2

o

Præparatio.

O Iesu ad cor meum dignare venire
exploratores tuos vide præterire,
inter se se dicentes, hinc possumus ire,
Iesum ab hoc misero credimus transire.

O vita mea fœlix, vita sine morte,
aperiantur tibi cordis mei portæ,
ipsiusque obsecro sis iaculum forte,
O fœlix si mori a talis mortis sorte.

D. Bonau. Vnica suauitas, vnica dulcedo,
suspirantis animæ salutaris prædo,
totum quidquid habeo, vel sum, tibi dedo,
denique depositum meum tibi credo.

1. Reg. 16. à summo cœlo venis, tranquillus est gressus
pacificus, o mens, est meus hic ingressus
ad victimam venio currens, & non fessus,
Iesu mea dulcedo, Agnus Dei dictus,
cuius vnda sanguinis homo derelictus
lotus labe criminis est, & Demon vicit
ecce ad te venio animo non fictus.

Adoro que postratus plantas Dei veri,
Iesus nam dulcissimus in his docet queri,
inimicus hodie, sed amicus heri,
numquid obliuiscetur Deus misererit?

ad Missam.

Præbe mihi Domine panem Angelorum,
transfaterū me calix, potus perfectorum,
in via de torrente bibam viatorum, Psal. 109.
conquassabo capita in terra multorum.

O Iesu escam volens mihi præparari,
passione, spinis, clavis, finis perforari,
hoc facis, ut esca modo singulari
ex se suavis, posset magis dulcorari.

Eia me recollige tuis visceribus,
famelicum refice tuis tibi eribus,
inebria meo Iesu tuis verberibus,
Iesu mihi medera tuis vulneribus.

O Iesu, qui corpore tenes cicatrices,
pro meis culpis sane indicas fœlices,
introibo pereas, quid vero dices?
intrans funde lacrymas tui contemptrices.

O Iesu plusquam mater dignare lactare,
quem baptisma peperit, ut possis cibare,
accedens ad vulnera, flumen salutare
ex fontibus hauriam gratiarum mare. Esaie 12.

Per Iesu, mens, vulnera festina intrare
hæc vox dulciora potest quierare,
Longinus iam lancea sciuit reserare
ianuam Paradysi,ensem abrogare. D. Bonau.

Ape-

Præparatio

Idiota. *Aperuit sacram latus mihi vulneratum
in nexu naturarum, vulnus a quod datum?
ab amore, qui nescit, quid sit spectatum,
¶ cum sit impatiens vult omne paratum.*

*Ad vulnus as ponete m tene me timore,
animamque timidam quieta dulcore,
inebria cor meum doni tui rore,
astringe dulcissime me Deus amore.*

D. Bonau. *O Iesu vere Deus fac ex sputo lutum
meumque line visum Siloe ablurum,*
Ioann. 9. *vt tuorum dolorem vulnerum acutum
videam, atque ealo iter paratutum.*

Psal. 18. *O Iesu pastor dulcis, vt ouis errauis,
quere seruum tuum cum pane suavi,
scis quoties pro pane isto suspirauis,
animalia exul cum immunda pani.*

Luc. 15. *Fac me summa charitas tibi cohædere
coniungique iugiter sursumque habere,
dulce domicilium, tecumque manere,
¶ me velut filiam alere, docere.*

*Collaudet te, o Iesu, omnis creatura
præterita, ¶ præsens simul, & futura,
o felix, qui te laudat Deus mente pura,
fruens, sed fælicior Deo sine cura.*

Vnde

ad Missam.

124

*Vnde hoc mihi donum, o fons pietatis, LUC. 1.
quod Verbum Dei mei, & aternitatis,
in manus seru sui se se ponat gratis
fidele verbis suis, plenis sanctificatis.*

Psal. 44.

*In manibus te meis Iesu bone ponis,
in manibus me pono tuis plenis donis,
sperans laureari una ex tuis coronis,
quas electis omnibus in cœlo reponis.*

*O Virgo dulcissima, dulciorque melle,
præseruataque, culpa mortalium felle,
concede mihi natum iuxta suum velle,
obstaculaque caræta benigna repelle.*

*En ego suppliciter a te peto duo,
qui iustissimas penas pro peccatis tuo,
vt admittar hodie coniuio suo,
me que Virgo visita salutari tuo.*

*Via, vita, veritas, Virgo fecundata,
tua que Virginitas extat illibata,
hoc tua humilitas fuit operata,
dignare me laudare te Virga sacra.*

Ecclesia.

*Vos sancti, qui gloriam estis assecuti,
sanguine offerendo qui estis abluti,
qui ratione status calpis estis iuti.
orate hoc nos mundo, ut sciamus vti.*

Q4

QVID

Quid agendum post communionem:

Post communionem recollige te intra te, & pro tanto beneficio Deo gratias persolue. Si consolationem sentis aliquam, non tibi tribuas, sed diuinæ bonitati, quæ etiā malos, & indiginos consolatur; & dic in corde tuo. Ad meam miseriā detestandam me devinxit beneficij suis. Si mihi peccatori talia fecit; quid faciet, si vitam meā correxero.

Esa. 9. Deinde redona Deo, quæ ipse tibi donavit, nempe vnigenitum filium eius, sua merita cum omnibus bonis. Filius datus est nobis; Verbum ergo Dei nostrū est, tolle quod tuum est, & vade ad patrem tuum, & offer illad, quasi tuum pro tuis culpis; & Pater tuus, qui est in abscondito, reddet tibi, & simul cum eo omnia tibi donabit.

Marc. 20.

Matth. 5.

Chri-

Christus in Eucharistia superabundās donum, sed Deus exigit à te simul cum illo te, tuumque cor, memor esto illius holocausti, quod obtulit David, 2. Reg. cap. 33. offert illi Areuna boves in holocaustum, cæteraque necessaria, at David inquit, nequaquam ut vis sed emam p̄ætio à te, & non offeram Deo meo holocaustum gratuitum. Quid ais David? quid habes, quod non accepisti? quod offerre potes, de super est sic lana, sed Davidi holocaustum gratuitum videbatur, quod nihil de sua substantia, sudore, labore, & industria continebat.


1. Chor. 4. Pie Sacerdos offers Deo de suis donis, ac datis hostiam puram, hostiam sanctam, hostiam immaculatam, verè gratuitam, sed de tuo aliquid offert, nempe pietatis opera, macerationem carnis, p̄cipue die celebrationis aliquod præclarum opus, sicut agebat D. Hyacinthus. Postquam Deo dederis, que per te potes, & si pauca, ipse veniet in animam tuam secum ferens altissima dona.

Beate

B R E V I S

E X P O S I T I O

M I S T I C A M I S S A E.



VIA ad debitam Missæ celebrazione maximè cōducit eius ritus ordinatissimos considerare, eorum mysticam significationem cognoscere, decreui clare, & distincte, & in compendio per singulas Missæ partes percurrere, aliqua que notare, quæ mysterium tāgunt, & spiritui deseruit.

A c c e s u s S a c r e d o t i s a d A l t a r e .

Q Via nemo potest dicere, Iesus nisi in Spiritu Sancto, in oblatione Iesu Patri Āeterno Sacerdos inuocat unitatem essentię, & discretionem personarum dicendo in nomine Patris, &c.

Quia horrendum est incidere in manus ^{Ad Heb.} 10.

g r a t i a r u m a c t i o .

D. Bonau. Beatę Elisabeth Virgo Maria dixit, ut in medi. refert Bonauent. *Filia tu credis, quod om̄it. Xpi. nem gratiam, quam habui, habuerim sine labore, sed non est ita, imo dico tibi quod nullam gratiam, vel donum, vel virtutem habui a Deo sine magno labore, continua oratione, ardentis desiderio, profunda deuotione, multis lacrymis, & multa afflictione dicendo, cogitando semper placita sibi, sicut sciebam, & poteram, excepta sanctificationis gratia, qua sanctificata fui in utero matris.*

Hæc considerans mente consurge, & alta intende, quæ auxilio Dei assequi poteris, si te ad illa disposueris. Clama ad Deum profunda humilitate, ipse enim Jesus tibi, & omnibus de corde pulsantibus aperiet, qui cum Patre, & Spiritu.

S a n c t . v i u t i n s e c u l a s e c u l o r u m ,

A m e n .

B R E

Brevis expositio

Dei viuentis, psalmum indica me
Deus pronuntiando, insinuat velle po-
tius incidere in manus Dei morientis,
qui in Cruce iudicat moriens, in iudicio
viuus iudicaturus.

Prou. 18. Quia iustus in principio accusator est
fui, se confitetur peccatorem dicendo,
Confiteor Deo.

Quia tecum in tempore passionis, ita est Iesus
Redemptor, ut non consideretur iudex,
omittitur iudica me, &c.

D. Augu. Quia in ultimō iudicio adhuc defen-
sioni non datur locus, omittitur Psalmus
in Missa defunctorum.

INTROITVS MISSÆ.

D. Bonav.

*Q*VIA ex stirpe David Iesus hu-
manitatem assumpsit, (Maria e-
nīm de Regia stirpe David originem
duxit) ideo in dextero cornu Missa in-
choatur.

D. Bern.

Quia Iesus augustissimum virginalis
uteri diuersorum intravit, ideo introitus

Mis-

mystica Missæ.

127

Missæ Conceptionem Iesu ex Spiritu S.
in utero Mariæ significat.

Quia Iesus ardenti desiderio à Pa- *Esa. 64.*
tribus expectabatur, ideo introitus bis
decanatur.

Quia in Psalmis cōprehenditur quid-
quid in Sacra Scriptura per modum lau- *D. Dion.*
dis continetur, ideo ferè semper introi-
tus sumitur ex Psalmis David.

K Y R I E E L E Y S O N.

*Q*VIA triplex est miseria vitę prae- *D. Thom.*
sentis, nempe ignorantię, culpe, *3 p. q. 11.*
& pœnæ, ideo tribus vicibus Kyrie tri-
plicatur.

Quia dracma decima, scilicet humana *D. Bonav.*
natura, quę perditā erat, inter nouos Cho- *vbi sup:*
ros Angelorum instauratur, ideo Kyrie
nouies decanatur.

Quia Iesus est secunda persona in
Trinitate, ideo prima repetitio Patris,
secunda Filio, tertia Spiritui Sancti, diri-
gitur.

GLO-

GLORIA.

D. Bonau.
vbi sup.

QVIA eundem Deū colimus in ter-
ris, quem Angeli venerātur in coe-
lis, ideo post Kyrie, gloria m̄ Deo cani-
mus.

Quia in ingressu Iesu in mundū An-
geli gloriam cecinere; ideo Sacerdos in-
choat hymnum, & chorus respondet ge-
rens vicem multitudinis Angelorū, lau-
dantium, & dicencitum gloria, &c.

Luc. i.

Quia Iesus est mediator inter Deum,
& homines: reconcilians imā summis,
ideo gloria in medio dicitur.

Scru. Sac.
era & p.

DOMINVS VOBISCVM.

QVIA post Incarnationem est no-
biscum Dominus verus Deus, &
homo, ideo quasi eam annuntians Sacer-
dos, ait Dominus vobiscum.

Dur. and.

Quia Sacerdos ita debet esse purus,
& à terra segregatus, ut nihil de corpore
habeat, ideo populus r̄salutat, & cū spi-
ritu tuo.

Quia

mystica Missæ.

128

Quia dextera denotat rectitudinem
intentionis, ideo dicuntur predicta ver-
ba, cum Sacerdos se vertit ad dexteram
revertitur que per eandem partem.

Scru. Sac.
vbi sup.

Quia Episcopus debet esse pacificus,
& non litigiosus, ideo dicit, Pax vobis.

Martinon.
disp. 655.
Scru. Sac.
vbi sup.

Quia dona Spiritus Sancti sunt septem,
ideo per illa verba septies populus salu-
tatur.

Quia olim Sacerdos collecto populo
orabat, ideo collecta dicitur.

Scru. Sac.
vbi sup.

Quia sit nomine totius populi in vnu
collecti cum spiritu Sacerdotis, ideo illa
voce debet esse vera, & non fictitia.

Mar. in
vbi sup.

Quia orationes dicuntur in numero
impari, ideo si vna solum dicitur, vnitas
essentiae significatur, si tres, tres personæ;
si quinque, quinque Iesu vulnera, si septem,
significantur septem dona Spiritus Sancti.

Innocent.

Quia adstantes debent esse deuoti, D. Bonau.
feruidi, non distraigi, nec murmurantes vbi sup.
in Missa premitit Oremus.

Quia non meritis nostris confissi, sed Idem.
Christi Iesu preces fandimus, ideo finit
oratio per Domum, &c.

EPI.

EPISTOLA.

D. Thom.

QVIA Eucharistia est Sacramentum fidei, ideo per Epistolam, & doctrinā Prophetarū institutio fidei signatur.

Quia vetus, & nouum testamentum de Domino loquuntur, ideo Epistola ex veroque legitur.

Quia D. Paulus scribebat ad conuersos, inter quos debet esse spiritualis germanitas, ideo incipiunt Epistolæ fratres.

Duranli.
4. cap. 15.

Quia scriptores Epistolarum canonice carum non ad conuersos à se specialiter, sed ad omnes generaliter scribebat, ideo in eorum Epistolis dicitur, Charissimi.

Quia in libris historialibus, propheticalibus, & Apocalypsis tangitur tempus rei praesentis, præteritæ, & futuræ, ideo dum legimus illorum Epistolas, dicimus, in diebus illis.

Quia libri sapientiales continent doctrinam communem omnibus, ideo incipimus, Lectio libri Sapientiae.

Quia

Quia Epistola significat officium Ioannis, ideo eam legens ad altare se vertie, Duranli
quia eius prædicatio in Iesu dirigebatur.

GRADUALIS.

QVIA Ioannes prædicabat poenitentiam, post Epistolam dicitur graduale à gradiendo de statu culpæ ad gratię statum, de virtute in virtutem.

ALLELVIA.

QVIA Alleluia significat gaudium Angelorum, & hominum in eterna felicitate, ideo dicitur post graduale, quasi finis graduum, viæque virtutum.

Quia est canticum lætitiae ideo orante sit tempore quadragessimæ, & ieuniorum, & se prius agessimæ: his enim temporibus nostram misericordiam representamus.

Quia est gaudiū Resurrectionis nostræ, recōciliationis, & æternæ glorificationis, ideo tēpore Paschæ repetitur saepius.

R

Quia

Brevis expositio

Quia virtute Missæ denuire spera-

Scru. Sac. mus ad gloriam paradyli s; ideo aliquan-
do in solemnitatibus dicitur sequentia,
sive prossa victoriam significans.

E V A N G E L I V M.

QVIA doctrina Euangelica omnes
alias præcedere debet, & excelle-
re, ideo Euangelium in alto loco legitur.

Esa. 14. Quia doctrina Euangelica aduersatur
ei, qui sedem suam ad Aquilonem collo-
care voluit, ideo Euangelium **contra A.**
quilonem legitur.

Quia perfectius illuminamur doctri-
D. Hyero. na Euangeli, quam aliis doctrinis, ideo
cerei illuminantur.

Quia prædicatores S. Euangeli debet
habere autoritatem prædicandi, ideo
legens benedictionem petit.

Quia autem circustantes debent es-
D. Bonav. se attenti, ad doctrinam Christi, ideo sa-
lutarunt di^o Dominus vobiscum.

Quia Evangelizans sine gratia Dei pro-
ficere non potest, ideo legenti Euange-
lium

mystica Missæ.

139

lum respondeatur, & cum spiritu tuo.

Quia tempus continet diem, & Euau-
gelium continet doctrinam Epistolæ,
ideo in Euangelio non dicitur in illis die-
Scru. Sac. bus, sed in illo tempore.

Quia Sacerdos debet habere plenam
cognitionem doctrinæ Euangelicæ, ideo
ei datur liber apertus ad osculandum.

Quia corde creditur ad iustitiam, ore
autem confessio fit ad salutem, ideo in-
strueti per fidem Iesu, ore confitemur eū.
D. Thomæ

Quia Iesus ore proprio docuit fidem
Christianam, ideo Sacerdos vicē Christi
gerens incipit: Chorus sequitur.

Quia Sacerdos repræsentat Iesum, qui
paratus est dare bona spiritualia sine per-
sonarum acceptione, cum dicit, Credo,
debet habere manus erectas.

Quia paratus est nobis bona abundā-
ter largiri, debet manus habere extēsus.
Duran.

Quia nos debemus sapere, quæ sur-
sum sunt, ideo debet manus levare.

Quia Deo soli de donis gratias agere
debemus, ideo manus iungere deber-

R 2

Quia

**Quia tempore Concilii Niceni quā plures h̄ereses fuerunt exortae, & forte nulla de descensu Iesu ad inferos, ideo salvo meliori iudicio in Symbolo, quod in Missa recitatur, expressē non sit mentio de pr̄dicto articulo, sed in Symbo-
lo Apostolorum.**

OFFERTORIUM.

Qvia offerimus nosmetipſos, & ea quæ sunt necessaria ad Missam, nō pc panem, & vinum, & oblationes ad fuſtentationem ministrorum Ecclesiæ; hęc D. Thom. pars dicitur offertorium. D. Thom. 2. 2. q. 86. art. 1.

Quia inſtante pàſſione iam Iesu nō palam ambulabat, sed iuxta deserto. Ideo post offertorium fit silentiū. Scrat. Serb. Sac. Sac. tract. 2. p. 2.

Quia post pr̄dicationem Euange-
lii, fidei confessio ſequitur, & in corde laus, in ore fructus, in opere fides, ideo Sacerdos dicit, Oremus. P. Bonav. D. Bonav. in exp. Mis.

SVSCI-

SVSCYPE SANCTE PATER.

OFFERIMVS TIBI.

Attende ad verba, & signa mysteria, quia ſolus Deus potest ſanctificare rem oblatam à populo, ideo Sacerdos offert panem, & vinum, aliaque ſibi obla- ta, & facit ſignum Crucis ſuper panem, & vinum. Scrat. Sac. tract. 2. p. 2.

Serb. Sac.

Sicut ratione rei contentæ poſt con- ſecratiōne in dicitur hostia immaculata, ita ratione rei continendꝫ dicitur nunc immaculata.

Quia Sacerdos offert ſacrificium, vt Christi minister, qui eſt vnuſ, & ſimul cum populo, ideo in oblatione hostiæ viuit verbo offero, in oblatione calicis offerimus.

Quia aqua ſignificat populum, qui in diget benedictione, & vinum ſignificat Christum, qui ea non egit, ſolam aquam benedicit Sacerdos.

R 3 Quia

D. Augu.
Quia Ecclesia debet incorporari Christo, & non Christus Ecclesia, ideo debet poni in Calice modicissima aqua, ut valeat à vino absorberi, non mutabis me in te, sed mutaberis in me, D. August.

Quia tempore passionis Discipuli in fide defecerunt, ideo Patena partim absconditur in corporali, Gau. 2. p. tit. 16;

LAVABO INTER INNOCENTES.

Q Via Sacerdos indiget septem donis Spiritus Sanct. ad digne celebrandum, ideo vtitur Psalmus septem versibus constante.

Quia debet esse purus interius per confessionem, ideo lauat manus recepta oblatione.

Sirn. Sac. Quia debet esse mīndus à minutis culpis, ideo extremitates digitorum lauac Sirn. tract. 2. 2. p.

SVSCIBE SANCTA TRINITAS.

Q Via Sacerdos Christum representat, qui exinanivit semetipsum formā servi accipiens, ideo se inclinat dicendo suscipe sancta. &c.

Quia ad dignam celebrationem indiget tribus, nempe potestate ordinis, quæ tribuitur Patri, & sapientia ad discernendum quid agere debeat, quæ tribuitur filio, & sanctitate ad receptionē fructus, quæ Spiritui Sancti tribuitur, ideo Sanctam Trinitatem invocar.

ORATE FRATRES.

Q Via Apostolis diligentiores nō sumus, qui admoniti sunt vigilare, & orare, ne intretis in temptationem: ideo monemur, ut oremus, & si Sacerdos preses paulo diutius pro trahat, nec tristitia afficiatur, nec fastidiemus, & oscitemus. S. Anast. Synaxi. orat. de Sac. Synaxi. synaxi.

Quia non sufficit admouuisse, ideo eius finis adiungitur, vt me, & vos, eius populum faciat deuotum, & sic ipsi verius que fiat acceptabile votum.

SECRETA.

Q Via bonum est prestatoli cum silentio, ideo in memoriam reuocato tempore, quo Iesus latuit propter metum Iudeorum Sacerdos orat sub silentio.
Ioann.

PRAEFATIO.

Q Via hęc pars Missæ precedit principale sacrificium, & in ea populus ad deuotionem excitatur, præfatio dicitur.
D. Thom. q. 83 art. 3.

Quia Ecclesia militans in terris petit admitti voces suas cum virtutibus Angelicis in coelis, ideo admonemur, vt corda sursum habeamus. *D. Bonav. in exp. Mif.*

Quia Deus est unus in essentia, & in personis trinus ideo Sanctus ter dicitur, semel vero Dominus.

TE

TE I GIT VR.

Q Via Iesus docuit, vt in nomine eius à Patre petamus, ideo Sacerdos orationem Patri dirigit in nomine filii.

Quia Iesus fuit traditus à Patre, à Iuda, & à Iudeis, ideo super calata tres peragit crucis. *Gaud. 2. p. tract. 16.*

Gaud.

Quia propria magis ad affectum mouent, quam aliena, licet Dei sint cuncta, tamen cum sit oratio pro Ecclesia, additur tua, ad mouendum Deum. *Eurant. lib. 1. cap. 26.*

MEMENTO, ET OMNIVM
circumstantium.

Q Via Sacerdos est minister destinatus ad offerendum sacrificium Missæ, ideo debet applicare illud. 1. Generaliter pro omnibus fidelibus viuis, & defunctis. 2. pro se ipso, & huic frumento, qui specialis dicitur ex sententia multorum DD. non potest alteri ap-

pli-

plicare. 3. Pro his pro quibus intendit
specialiter celebrare, & hic appellatur
fructus, seu valor medius. Bon. disp. 4 q.
vls. p. 4.

COMMVNICANTES.

QVia Martyr id est quod testis, ideo
solum in Canone Martyres ponun-
tur, quia testes passionis existunt. D. Bon.
D. Bon. in exp. Mis.

Quia dum vivimus serui inutiles su-
mus, ideo sanctorum patrocinium im-
ploramus, ut immo summis coniungan-
tur, & qui terrestres sumus coelestes effi-
ciamur. D. Bonau. Vbi sup.

HANC I GITVR OBLATIONE.

QVia multa facimus, quæ Deo grata
non sunt ex defectu bonæ actionis,
rectæ intentionis, & diuinæ acceptatio-
nis, ideo oramus, vt Deus associet hostiā,
approbet, & confirmet, benedicat, adscri-
bat, id est taliter quod nullo modo possit

de

de sua memoria obliuione deleti, nec
illa possit mutatione conuelli, sit que co-
ueniens diuinæ rationi, & diuinæ placeat
voluntati. Innoc. cap. 12.

Innoc.

Q VI P R I D I E Q V A M PATERETVR.

ADuerre omnia diligenter ab his vér-
bis vsque ad vnde, & memores. Qui
pridie quam pateretur, hoc est, quinta
feria post paraseuem, accepit panem in
sanctas, ac venerabiles manus suas, puto
poni venerabiles, ut venerationis men-
tione attentior fiat Sacerdos ad opus fu-
turum.

Eleuatis manibus in cœlū, omittunt
Euangelistæ; sed Apostoli traddiderunt,
leuavit manus, quia omne donum de sur-
sum est, gratias egit. Inde Eucharistia di-
cta est. Bendixit, ac deinde fregit, dedit
que Discipulis suis, non enim fregit, &
postea dixit, hoc est corpus meū. S. Tho.
3. p. q. 78. an. 3.

Iaco. x.

Eleuator Christi corpus, in quo signi-
fi.

D. Tho.

ficatur eleuatio Christi in Cruce, vt circumstantes videant, & petant necessaria salutis, sanguis etiam eleuatur ad denotandum totum Christum eleuatū fuisse in Cruce pro nobis.

Vnde et memores.

Qvia indignus est homo administrante tanti Sacramenti, ideo Sacerdos excusat præsumptionem per obedientiam ad mandatum Christi. *D. Thom. q.83. art.4.*

Quia ab institutione Eucharistiae solum tria mysteria subsecuta sunt, nempe passionis, Resurrectionis, & Ascensionis, solum de his tribus sic mentio.

SUPRA QVÆ PROPITIO.

Qvia multa valide peragimus, ex se quidem Deo accepta, nostris vero culpis vitiantur, ideo petimus, vt sacrificium peractum sit Deo gratum. *D. Thom. quest.83 art.4.* Perpende illa verba, sanctum sacrificium, immacularam

ho-

hostiam, quæ possunt referri ad sacrificium Melchisedech, & ad nostrum, cum hac differentia, quod nostrum sacrificium est per se sanctum, & immaculatum, illud vero ideo fuit tale, quia figura fuit nostri sacrificii. *Soare ad quest.83. Soarez. D. Thom.*

SUPICES TE ROGAMVS.

HÆC dicens Sacerdos se inclinat designans humilitatem, & obedientiam Christi in passione. Et mentio Anegli nœpe magni consilii, Iesu sit, qui preces Ecclesiæ in Missa offert Patri. *D. Bon. in D. Bonatus exp. Miss. Finitur oratio per Christum Dominum nostrum inclinato capite, quia omnes nos peccatores sumus, & dicim'.*

NOBIS QVOQVE PECCATO-

ribus.

Qvia pro defunctis oravit Sacerdos, ideo pro se ipso quemadmodum, & pro aliis orat, & vide quod vtitur numero plu-

ra-

S. Alber. rali, quia sacrificium non est vnius personæ, sed militat Ecclesiæ. *Alber. Mag.* cum profers illa verba nō estimat or mei ritri, sic intellige, estimat Deus merita cōtra Iouiani errorē; sed precamur, ut ex sua liberalitate superaddat.

PATER NOSTER.

DEO nota, & quod voce eleuata Pa-
ter noster dicitur, vt memor sis illius
clamoris Iesu in Crucē: Pater, in manus
tuas commendo spiritum meū, & quod
Deus Pater noster appellatur, vt scias nos
Scrut. Sac. esse filios per gratiā. *Scrut. Sac. tra. 2. p. 2.*

LIBERA NOS.

SVb silentio dicens, libera nos, vt in am-
liber á culpa, & ab omni terrena affec-
tione postules, vt Dei auxilio præterita
mala deleantur, præsentia vincantur, fu-
tura præcaueantur: Pax nobis detur, ne
perturbati peccatis mortalibus graue-
mur, & nostro arbitrio relinquamur. D.
Bonau. Bonau. in expof. Mif.

PAX

PAX DOMINI.

QUI Via prædicta pax Christi operatur,
ideo eleuatur hoc loco vox, vt ma-
iori cohātu pace postulata sit à Deo pio
concessa, & nobis communicata.

AGNVS DEI.

Agnus ab agnoscendo dictus est, qua-
si qui recenter natus matrem agnos-
cit, præcamur, vt Deus nos agnoscat à se
creatos, à se redemptos, & à se sanctifi-
catoros. Quia vero Iesu Ianuis clausis in-
gressus est ad Apostolos, ideo operto
Calice cum palla dicitur ter Agnus Dei.
Innoc. lib. 6. cap. 4.

Iudec.

DOMINE IESV CH RIS TE.

HIC nota in Missis Defunctorum nō
dari pacem, quia osculum est signū
pacificationis discordantium; at mortui
discordes non sunt. Accedit communio,
vbi Sacramentum sumis, & aliis præbes
for-

Brsuis exposicio

formulas consecrataς, quas ante sumptionē hostiæ nō potes administrare, quia pertinent ad idē sacrificiū. Ita communiter DD.

POST COMMVNIO.

Sle dicta, quia significat boni operis summationem, vel gaudium, quod haberunt discipuli post resurrectionem Christi.

ITE MISSA EST.

QVASI dicat. Ite ad propria. Ite secundumini Christum. Ite, festinate ingredi in istam requiem, quia Missa iam est consummata. Deo gratias, sine tempore ponitur, quia ei debentur omni tempore, pro beneficiis, que accipimus, acceptis, & accipiendis, securé accipies, si fide pertieris.

MA-**Salutatio Mariae.**

VIA denotio ad MARIAM
in Sacerdote debet esse ardentissima cum manibus
recte et, quem ipsa peperit, ideo ante

Ad superiora
tendes sine mora.
Timor est bonus
clamat chor^r nonus.
Scrupulis infectus,
raro est perfectus.
Ne sis otiosus,
nec sis tædiosus,
Nunc lege, nūc ora,
nūc manu labora.
Cœlestia certe,
& terrena sperne.
Si es manualis,
non es instar salis.
Non es lux diuina,
si es vespertina.
Preterita luge,
& futura fuge.
A te procul ira,
pacis fera dira.

Fratris culpas pläge
pro quib^r cor ange.
Nā portas peccata,
mundo perpetrata.
Parcus in sermone
cor in ore pone.
Iudicium mentis
est verbū loquentis.
Cura vitæ bonæ,
non eius coronæ.
Merces est secura,
de meritis cura.
Auditus conclusus,
visus solus vñus,
Presens pœna lenis,
futura perennis.
Si satis futura,
sed graui^r, & dura.
Longa sane vita,
quæ clauditur ita.

IVNIVS. habet dies 30.
3 Reliquias dup. (in Dict.) offic. de communione
hostie de tempore. In Missa de eadem communione
orat extra prop. Eccles illa verba tempore in hac
festis, mutatis. In Matrice contineuntur Eccles.
nisi in Matrice. In Vesp. com. sequens (Vesp. de
mensis)

3. Ss Marcellini &c. mar. col. ryth. Resp. duo
3. no^r. cum laud. deft. in Miss. or. 2. Fidel.
& Colleg. 2. Miss. De deft post 1. Et de Ss. post
3. ad libit. In Martyr ob proxim. loco sequens.
Christi dup. In hymn. ad Vesp. Tantum ergo. Et O
nusfectetur quando Ss. Sacram est discooperit
hymnus. Variatur ad omnes horas, vt in fest
f. s. f. Corp. Christi dup. Vela. cum off. &
& Peal. Nati. & per off. Celebrans (ad h.
post communion) dat benedict. in Miss. ut dict.
Cœna Domini au. 2. Finita Miss. celebrans ad
n. 1. &c. Egit quæ dicuntur in fore. predice
c. et patet cap. potest. Q. sacrum coniugium i
Sacram. ¶ Tabernaculum Ss. Eucharist. regulare
manit. celebrantis, & imago Hostie debet te
brant. ¶ Finita Proces. Subdiacon. deponit Cen
ti. et oratione candela abra increderit, & eu. el.
¶ Deposito Sacramento super Altare cum mi
lippavit a celebrante stante incensum in t
pedis & sit incensatio viva de more, cantan
genus exo Vers. Iustus ergo. Et Genitoy. Dis. 16
Ec. cum Alleluia. Celebrans stans (ministri
horum hinc sole tenetis). dicit Dominus
Deus qui nobis quæ terminatur. Qui misere
cula sanctorum, utili qualius addens, ascende
scitis. & ipse in eis illo Diaconi ministerio, ac
nib. Tabernaculum, benedicit cum eo populu
ad sanctam veritatem modum Crucis sancte, si
perficit, reverenter reponit, facit genuflexionem
gradus ut prius, & amoto velo a Subdiacono
dit, genuflexit, surgit, accipit Sacrament. &
communione

